











CATALOGUS
CODICUM
MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECÆ REGIÆ.

PARS TERTIA.


TOMUS TERTIUS.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCCXLIV.

1744



MONITUM.

CUM Codices manuſcripti, Latini in primis, opera varia plerique contineant, quæ non arctiorem inter ſe, quàm ipſi auctores habeant cognationem; in hoc primùm ſollicitè incubuimus, ut ſingula uniuſcujuſque codicis opera, deinceps ex ordine appellata, ſuo quodque nomine recenſerentur. Neque alia viſa eſt nobis eſſe via, qua Regis optimi maximi, qui pro ſuo in litteras amore, pro ſua in Litteratos munificentia, Bibliothecam à Regibus atavis inſtructam, à ſe ornatam & amplificatam uſui & commodo publico addixit, mentem ac voluntatem de hoc edendo catalogo aſſequeremur.

Sed dum nihil omittere, dum vel leviſſimum quodque opuſculum ſuo titulo inſignire, vel ſuo auctori, quoad ejus fieri potuit, vindicare volumus, in magnam incurrimus difficultatem. Etenim codices alii mutili ſunt, alii ſine titulis, plures ſine ullo auctoris nomine, nonnulli aliud verbis & prima fronte promittunt, aliud reipſa & intùs præſtant. Itaque ſingula volumina excuſſimus diligenti examine: quæ fragmenta ſunt, quaſi partes corpori ipſi toti, unde avulſæ videbantur, reſtituimus; auctorum nomina, quæ quidem cognoſci potuerunt, aſſidua inveſtigatione tandem comperta, pleraque indicavimus; titulos vel deperditos reparavimus, vel eos qui nunquam fuerunt ex operis argumento ſupplevimus; denique nullam remiſimus curam, licèt laboris & tædii pleniſſimam, ut tituli operum & ipſa opera, ſine ulla ſermonis ambage, in unum aliquid ſimplex & apertum conſentirent.

In illis autem codicibus, qui ſuis numeris omnibus abſoluti, titulos præ ſe ferunt & auctores fatentur ſuos, quicquam immutare religio fuit. Noſtræ partes erant titulos, ſi quid haberent obſcuri, brevi declaratione illuſtrare; auctores, qui viderentur ſubdititii, oſtendere; ſed in nomina ipſa auctorum, vel propria, vel quæ à Geographis gentilia appellantur, nulla eſt Bibliothecarii juriſdictio: & ſatiùs eſſe duximus ea ex libris manuſcriptis ad litteram deſcribere, quàm vel propria, ubi variant librarii, ad unam lectionem cum erroris periculo; vel gentilia quæ minùs cognita ſunt, in fraudem Geographorum ad magis nota, leviter inflectendo, revocare.


Unum tamen eſt in quo nobis aliquantò plus licere credidimus. Satis conſtat librarios rerum & verborum quæ ſcriberent aliquando fuiſſe imprudentiſſimos: enim verò alii tenorem unius ejuſdemque ſententiæ, plurium verborum omiſſione, quaſi cæſim abrumpunt; alii vocem unam in plures diſſipant, vel plures in unam conferunt; quinetiam aliquando accidit, ut vox aliqua ſingularis vel alienis ſyllabis augeatur, vel ſuis minuatur, vel in barbarum aliquem ſonum depravetur: adeo ut veriſſimè ille dixerit qui codicem manuſcriptum, ſi fuerit unicè unus, nullum aliquando librum eſſe affirmavit. Itaque ſi quid à librariis, titulos deſcribendo, in hanc partem peccatum eſt, corrigere non dubitavimus; ne nobis qui fortè aliàs, & certè ſæpiùs quàm voluiſſemus lapſi ſumus, aliorum in his rebus grammaticis errores turpiſſimi imputarentur.

Quoniam verò codicum manuſcriptorum auctoritas apud omnes magna eſt, antiquiſſimorum autem excellit apud Criticos; uniuſcujuſque codicis ætatem ſignificavimus, vel datam, quam vocant, ſeu notam chronologicam, ſi quando à librariis appoſita eſt, exſcriptam referentes; vel ex artis diplomaticæ probatiſſimis regulis, non quidem annum, quis enim poſſit? ſed ſæculum, quo ſinguli codices videntur exarati, definientes. In litteris uncialibus aliquantiſper hæſitavimus. Si Mabillonio credimus, & vocabuli etymon quò ducit ſequimur, litteras unciales,

cum Antiquis, eas ſolas appellabimus, quæ unciam, pedis Romani partem duodecimam, quadratæ æquaverint: contra verò Allatius, Papebrochius, aliique Critici plerique litteras unciales, cubitales, quadratas ſynonymis verbis appellatas fuiſſe contendunt, quamvis eſſent minutiſſimæ, quales leguntur in numiſmatibus Romanis antiquis minimi, ut vocant, moduli: adeo ut litteræ unciales & curſivæ forma non magnitudine diſtinguendæ ſint. In horum ſententiam diſceſſimus, & ſi quandò codicem litteris uncialibus exaratum eſſe dicimus, litteras majuſculas & capitales, nulla habita ratione certæ ac definitæ magnitudinis, ſed eo, qui curſivus vocitatur, charactere ſegregato, intelligimus. Maluimus enim eruditorum in turbam concedere, quàm mero de nomine quæſtionem iterum moventes alieno tempore & loco, noſtrum hîc aliquod interponere judicium.

Neque verò in ea rerum ſollicitudine, ordinis & diſpoſitionis curam abjecimus. Hunc ordinem, ut ferè fit, ex ipſa rerum natura deſcripſimus, quæ ad varias diſciplinas & artes pertinebant, in ſuam ſingula veluti claſſem convocantes; ita tamen ut ejuſdem diſciplinæ volumina pro ætate ſua locum in claſſe obtineant, & quæ auctorem agnoſcunt anonymis anteponantur. Verùm ea librorum manuſcriptorum ſolet eſſe conditio, ut in uno volumine ſacra & profana, verſus & proſam orationem, jocos & ſeria, nulla certa ratione conjuncta offerant legentibus; quæ diſſimillima genere & dignitate ſedes diſtinctas jure ſuo vindicant. Optimus videbatur hæc componendi modus, nempè qui malè ſartam inter diſſidentia ſocietatem, volumina diſſolvendo, reſcinderet, ſi ea tam commodè potuiſſet fieri diſſolutio, quàm temerè poterat inchoari. Etenim quot incommoditates! plerumquè accidit ut duo diverſiſſima in unam eamdemque paginam conveniant, & extrema unius auctoris alterius initium ſtatim occupet. Præterea vel plura ejuſdem ſententiæ ac generis opuſcula variis temporibus & manibus ſcripta, rurſus in juſtum volumen concludas, vel ſingula ſuum ſibi vindicent neceſſe eſt. Primum illud ætatem veterum librorum & librariorum manus conturbat mirum in modum; folia maxima, mediocria, parva in molem aliquam incommodam, inconcinnam, nec aſpectabilem compingit. Alterum quanto ſumptu fiat, quem non exigat neceſſitas, neminem ſanum non pœnitebit: adde periculum ne in tam infinito numero voluminum reſarciendorum, per operarum oſcitantiam iterum turbetur, vel etiam pretioſiſſimum aliquid intercipiatur. Quare diſſolutionem illam intentatam omittentes, quod erat recto ordini proximum id fecimus, ut locum unicuique codici ſuum aſſignaret quod in ejus capite primum offendiſſemus; niſi tamen ſi quid eſſet leviuſculum, quod in illo diſciplinarum & artium choro funem ſequi quàm ducere magis dignum eſſe videretur. Quidquid verò ejuſdem codicis reſtabat inordinatum, geminus index redegit in ordinem; quorum alter ſua cuique auctori opera quaſi domum reconciliavit; alter quæ ſunt ejuſdem generis opuſcula, ſine ullo auctoris nomine vagantia & diſpulſa, in ſuam claſſem ſingula compulit. Porrò ſtudioſis bonarum artium hominibus quod ſatis eſſet fecerimus an fruſtra ſimus, eorumdem ſit arbitrium.

ORDO



ORDO CLASSIUM

Primi voluminis Catalogi Codicum Latinorum Manuscriptorum.

BIBLIA SACRA.

LIBRI LITURGICI.

ORDO CLASSIUM.

CONCILIA.

SANCTI PATRES.

THEOLOGI.

LIBRI HOMILIARII.

JUS CANONICUM.

JUS CIVILE.

JUS PUBLICUM.

ORDO CLASSIUM

Secundi voluminis Catalogi Codicum Latinorum Manuscriptorum.

GEOGRAPHIA.

CHRONOLOGIA.

A regno

ORDO CLASSIUM.


HISTORIA.

ORDO CLASSIUM.


SCIENTIÆ ET ARTES.

ORDO CLASSIUM.

ORDO CLASSIUM.



CATALOGI



CATALOGI BIBLIOTHECÆ REGIÆ

PARS TERTIA,

COMPLECTENS

CODICES MANUSCRIPTOS LATINOS.

VETUS TESTAMENTUM.

In-folio.

CODEX PRIMUS.

CODEX membranaceus, Canonicorum ſancti Petri Metenſis dono in bibliothecam Colbertinam anno 1675. illatus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: accedunt poëmatia duo in laudem Caroli Calvi, Francorum Regis & Imperatoris, alterum initio voluminis, alterum ad calcem.

Hunc ipſum codicem Vivianus Comes, rector eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis, & ejuſdem monachi undecim, obtulerunt Carolo Calvo, Francorum Regi, anno 850. dum Turonis in dicta eccleſia Carolus Calvus verſaretur.

II.

Codex membranaceus, olim in monaſterio Sandionyſiano aſſervatus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: deſiderantur tamen Epiſtola Pauli ad Romanos & ſeptem Epiſtolæ canonicæ, quas apoſtata, nomine Haymon, nequiter avulſit; deſideratur prætereà Apocalypſis, quæ temporum injuria, vel alio quopiam caſu intercidit: hujuſce autem voluminis initio occurrunt verſus in laudem Caroli Calvi, Francorum Regis & Imperatoris; ſequuntur alii in quibus de variis Scripturæ Sacræ libris.

Is codex nono, ut videtur, ſæculo exaratus eſt.

III.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes. Initio voluminis occurrit notitia de areis ſancti Petri Foſſatenſis monaſterii, quæ ſunt in Pariſiis civitate; ad calcem verò reperias 1.° vitam & miracula ſancti Mauri Abbatis, ab Odone Abbate Glannafolienſi conſcripta: 2.° nonnulla ad monaſterium Foſſatenſe pertinentia: 3.° inſtrumentum donationis hujuſce voluminis monaſterio Glannafolienſi factæ à domino Anowaretha, unde codex ipſe Anowaretha dictus: 4.° denique, cenſus de Torci.

Is codex nono, ut videtur, ſæculo exaratus eſt.

IV.

Codex membranaceus, Canonicorum eccleſiæ Anicienſis dono in bibliothecam Colbertinam anno 1681. illatus, duobus conſtans voluminibus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes;

desiderantur tamen Matthæi finis, Marci, Lucæ & Joannis Evangelia.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

V.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis, duobus constans voluminibus. Ibi continentur Vetus & Novum Testamentum: desiderantur tamen quatuor priores libri Pentateuchi, in Psalterio nonnulla, liber Proverbiorum integer, & pars Ecclesiastæ.

Observandum autem est in hocce codice reperiri 1.° *Joannis* Papæ epistolam de sancti Martialis apostolatu, anno circiter 1030. scriptam: 2.° confirmationem hujusce epistolæ in synodo Bituricensi anno 1031. habita: 3.° societatem à Floriacensibus monachis cum sancti Martialis monasterio anno 942. initam: 4.° maledictorum formulam adversùs bonorum ecclesiasticorum invasores: 5.° Papæ ad Episcopum Lemovicensem epistolam: 6.° venditiones & emptiones anno 1074. peractas: 7.° *Ludovici Pii*, Imperatoris, chartam donationis, monachis sancti Martialis ab eodem Imperatore factæ anno 833.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

V I.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli, quatuor voluminibus constans. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: Apocalypseos finis desideratur; ad calcem Jeremiæ Prophetæ occurrit *Innocentii* Papæ II. constitutio, dilecto filio Deusdedit, Abbati monasterii sancti Petri de Rodis, missa anno 1130. quâ hujusce monasterii bona, possessiones & privilegia confirmantur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

V I I.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: singulis libris præmittuntur prologi & capitum indices.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

V I I I.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis, duobus constans voluminibus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti, si Apocalypsim excipias, libri omnes.

Is codex undecimo sæculo videtur exaratus.

I X.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Veteris Testamenti libri: desiderantur Prophetæ majores & minores, Psalmi Davidis, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, liber Sapientiæ & Ecclesiasticus.

2.° Novi Testamenti libri omnes: Apocalypseos finis desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

X.

Codex membranaceus, primùm Nicolai Peireskii, posteà DD. Fouquet. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

X I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

X I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, tribus constans voluminibus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: in Veteri tamen Prophetæ majores & minores desiderantur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

X I I I.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

X I V.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: suus cuique libro præmittitur prologus, à sancto *Hieronymo* conscriptus; accedit ad calcem vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

X V.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: singulis libris præmittuntur sancti *Hieronymi* prologi; ad calcem autem occurrit vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

XVI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: ad calcem accesserunt interpretationes vocum Hebraïcarum.

Is codex sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

XVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes, cum scholiis in margine: ad calcem occurrunt 1.° vocum Hebraïcarum interpretatio; 2.° commentarii in prologos sancti Hieronymi & in historias Novi Testamenti.

Is codex sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

XVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: subjectæ vocum Hebraïcarum interpretationes.

Initio hujusce codicis, decimo quarto, ut videtur, sæculo exarati, hæc legas: *Hæc Biblia sacra ex archivio ecclesiæ cujusdam collegiatæ diœcesis Avenionensis deprompta, ibique Biblia Papæ passim vocitata fuisse liquet celebris illius quondam è Genevæ Comitibus Roberti, qui primùm Parisiensis ecclesiæ Canonicus, tum Episcopus Cameracensis & S. R. E. Cardinalis de Geneva nuncupatus, demùm ad solium apostolicum evectus initio magni, quod vocant, Schismatis Occidentis, Clementis Papæ VII. assumpto nomine, Avenione sedit ab anno Domini 1378. usque ad 1394. Idipsum non obscurè testatur Gentilitium Genevæ Comitum stemma, cum insignibus pontificiis voluminis tegumento circumpositum.*

XIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, duobus constans voluminibus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: subjectæ vocum Hebraïcarum interpretationes.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur veteris & Novi Testamenti libri omnes: subjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: subjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: ad calcem occurrit interpretatio vocum Hebraïcarum, quæ in sacris Bibliis reperiuntur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXIII.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: ad calcem rejecta est interpretatio vocum Hebraïcarum, quæ in sacris Bibliis occurrunt.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: subjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXV.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: singulis libris præfixus prologus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: subjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: subjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ſubjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXX.

Codex membranaceus, olim D.D. de Noailles, Franciæ Mareſcalli. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ſubjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ſubjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ad calcem rejecta eſt interpretatio vocum Hebraïcarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ſingulis libris præfixus prologus: ad calcem rejecta eſt vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ſingulis libris præmittitur prologus; ad calcem rejecta eſt vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: præmittuntur ſancti *Hieronymi* præfationes variæ, ut & librorum omnium indices; ad calcem rejecta eſt vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ad calcem rejecta eſt vocum Hebraïcarum interpretatio; accedit præterea miſſale, ſive, ut vocant, rubricæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quatuor conſtans voluminibus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: in Veteri tamen deſiderantur Eſdræ libri; ſubjectæ vocum Hebraïcarum interpretationes.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXVIII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur Vetus & Novum Teſtamentum: præmittitur ſancti *Hieronymi* epiſtola ad Paulinum de omnibus divinæ hiſtoriæ libris; ad calcem verò occurrit vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XXXIX.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ſubjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XL.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: ſubjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

XLI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur Veteris & Novi Teſtamenti libri omnes: deſiderantur ſancti *Hieronymi* prologi initium & viginti priora Geneſeos capita; ſubjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XLII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: in Veteri tamen desiderantur Psalmi; subjecta vocum Hebraïcarum interpretatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XLIII.

Codex membranaceus, quo continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: in Novo tamen desiderantur Pauli ad Ephesios, Philippenses, Colossenses, Thessalonicenses, Timotheum, Titum, & Philemonem Epistolæ; desideratur quoque Epistola ad Hebræos.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XLIV.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur Veteris & Novi Testamenti libri omnes: in Novo tamen desiderantur Apocalypsis, ut & quinque Epistolæ canonicæ posteriores; ad calcem rejecta est vocum Hebraïcarum interpretatio, fine mutila.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

XLV.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, libri quatuor Regum, Prophetæ majores & minores: singulis libris præmittuntur prologus & capitum index.

Is codex nono sæculo exeunte videtur exaratus.

XLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Isaïas, Jeremias & Ezechiëlis pars non minima.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

XLVII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Pentateuchus; desiderantur Genesis & Exodi triginta priora capita: Josue, Judices, Ruth, Regum libri duo; secundi finis desideratur: Machabæorum libri duo, initio & fine mutili.

2.° Novi Testamenti libri omnes; in quibusdam folia complura loco suo mota: in aliis initium & finis, quandoque pars vel maxima desiderantur.

Is codex non unius librarii manu sæculo undecimo exaratus videtur.

XLVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur Pentateuchus, Josue, Judices & Ruth.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

XLIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur Pentateuchus & Josue: Geneseos viginti tria priora capita & Josue duo ultima desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

L.

Codex membranaceus, quo continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Prophetæ majores & minores: singulis libris præmittuntur sancti *Hieronymi* prologus & capitum index.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

LI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, & libri quatuor Regum: singulis libris præmittitur sancti *Hieronymi* prologus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

LII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices & Ruth.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

LIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices & Ruth: præmittuntur 1.° reliquiarum, quæ sunt in ecclesia beatæ Mariæ de Bono-Portu catalogus, anno 1423. editus: 2.° sancti *Hieronymi* ad Paulinum Epistola de omnibus divinæ historiæ libris: 3.° *Theodulphi*, Aurelianensis Episcopi, versus elegiaci de eodem argumento.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

L I V.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continetur Vetus Testamentum à Genesi ad Josuam usque: initio voluminis notula Bernardi Iterii manu scripta, quâ idem Iterius, monasterii sancti Martialis Lemovicensis armarius, hunc codicem à se emptum fuisse testatur anno 1223.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

L V.

Codex membranaceus, quo continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Prophetæ majores & minores, & Job: singulis libris præmittuntur prologus & capitum index.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

L V I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth & Regum libri quatuor.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

L V I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth & Regum libri quatuor; quarti finis desideratur: præmittuntur sancti *Hieronymi* ad Paulinum epistola de omnibus divinæ historiæ libris, ut & *Theodulphi*, Aurelianensis Episcopi, versus elegiaci de eodem argumento.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

L V I I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, duobus constans voluminibus. Ibi continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Hieremias, Daniel, Prophetæ minores, Isaïas & quatuordecim Epistolæ Pauli.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

L I X.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomena, Esdras, Neemias, Thobias, Judith, Esther, Job, Psalmi Davidis, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaïas, Jeremias & Baruch: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

L X.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quo continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth & Regum libri quatuor: quarti finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

L X I.

Codex membranaceus, olim Benedicti XIII. Papæ, posteà Tellerianus. Ibi continentur Pentateuchus, Josue, Judices & Ruth.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

L X I I.

Codex chartaceus, quo continentur Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ liber primus, Nehemias, Esther & Job, cujus finis desideratur. Omnes quidem libri ad Hebraïcum fontem exacti dicuntur; accedit anonymi commentarius in Pentateuchum.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

L X I I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Genesis: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

L X I V.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Genesis: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

L X V.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Genesis: accedit glossa ordinaria; finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

L X V I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Genesis, ad cujus marginem conjecta est glossa ordinaria.

2.° Anonymi commentarius in Epiſtolam Pauli ad Romanos.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur fragmentum Geneſeos & Exodus: accedit gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Exodus, cujus initium deſideratur; Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Joſue, Judices, Ruth, Regum libri quatuor, Iſaïas, Jeremias, Daniel, Oſee, Joel, Abdias, Amos, Jonas & Michæas, fine mutilus.

Is codex nono ſæculo exaratus videtur.

LXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Exodus, cum gloſſa ordinaria: finis deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Exodus, cum gloſſa ordinaria.

2.° Venerabilis *Bedæ* quæſtiones ſuper libros Regum.

3.° Ejuſdem ſolutiones de quibuſdam verbis Apoſtoli.

4.° *Alexandri III.* epiſtola ad Ciſtercienſes, de pace facta cum Frederico I. Imperatore.

5.° Ejuſdem *Frederici* epiſtola ad Ciſtercienſes, de eodem argumento.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Leviticus, ad cujus margines conjecta eſt gloſſa ordinaria.

2.° *Gaufridi,* monachi Claræ vallenſis, expoſitio in Canticum canticorum.

3.° Ejuſdem expoſitio in Orationem Dominicam.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Numeri, cum gloſſa ordinaria: finis deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Numeri: accedit gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Numeri: accedit gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Deuteronomium: accedit gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Joſue & Judices, cum gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Joſue, Judices, Ruth, Eſdras, Neemias, Tobias, Judith, Eſther & Machabæorum libri duo: accedit gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

LXXVIII.

Codex membranaceus, quo continentur libri quatuor Regum, Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Job, Tobias, Judith, Eſther, Machabæorum libri duo, Ezechiel & Daniel, cujus finis deſideratur: ad calcem occurrit Calendarium, ad cujus marginem conjectum eſt obituarium.

Is codex duodecimo ſæculo exeunte videtur exaratus.

LXXIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Mareſcalli. Ibi continentur libri quatuor Regum & duo Paralipomenon.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

LXXX.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur quatuor libri Regum, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia & Ecclesiasticus.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

LXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Regum libri quatuor, Paralipomena, Esdras, Salomonis Proverbia, Canticum canticorum, Ecclesiastes, Sapientia & Ecclesiasticus.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

LXXXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Libri quatuor Regum: primi initium desideratur.

2.° *Isidori* Hispalensis expositio in Pentateuchum, Josue, Judices, & in librum primum Regum, cujus finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

LXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur libri quatuor Regum: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

LXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur libri quatuor Regum: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

LXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur libri quatuor Regum: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

LXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Regum libri quatuor & Paralipomenon duo, cum glossa ordinaria: primi Regum initium desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

LXXXVII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Regum libri quatuor, Paralipomena, Esdræ libri duo & Neemias.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

LXXXVIII.

Codex chartaceus, primùm Jacobi-Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continetur versio tertii & quarti libri Regum, ad veritatem Hebraïcam exacta, interprete domino *Francisco Vatablo*, prælectore; accedunt scholia ad marginem, ex ejusdem Vatabli scriptis & adnotationibus aliorum interpretum excerpta.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

LXXXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Paralipomenon liber secundus, cujus desideratur initium: Job, Tobias, Judith, Esther, Esdras, & Machabæorum libri duo.

2.° Actus Apostolorum, Epistolæ septem canonicæ, Apocalypsis & Epistola Pauli ad Romanos, fine mutila.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

XC.

Codex membranaceus, quo continentur Paralipomena, Tobias, Judith & Esther, unà cum glossis.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

XCI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Tobias, Judith, Esther, Job, Psalmi Davidis, & Salomonis libri.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

XCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Esther, Tobias, Ruth & Judith: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XCIII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° Job, Psalmi Davidis, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, pars ultimi versiculi capitis sexti Cantici canticorum, Daniëlis

Daniëlis Prophetia, Paralipomena, Esdræ libri duo, Esther, Tobias, Judith, Machabæorum libri duo: singulis libris præfixus prologus.

2.° Novi Testamenti libri omnes: præmittitur ordo Evangeliorum, totius anni decursu juxta ritum ecclesiæ Romanæ recitandorum.

Is codex nono sæculo exeunte videtur exaratus.

XCIV.

Codex membranacæus, olim Colbertinus. Ibi continentur, Job, Tobias, Judith, Esther, Esdras, Machabæorum libri duo, Prophetæ majores & minores.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

XCV.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur Job, Tobias, Judith, Esther, Esdræ libri duo, Machabæorum totidem: subjiciuntur 1.° P. Tullensium Episcopi litteræ universo Catalaunensis ecclesiæ capitulo inscriptæ, quibus Simonem de Commarcei, positis conditionibus, à vinculo excommunicationis absolvit: 2.° Provincialis pars: 3.° tractatus de computo ecclesiastico: 4.° instrumentum donationis ab Hugone de Commarcei, ecclesiæ Catalaunensi factæ, in reparationem damnorum quæ ejus filius eidem ecclesiæ intulerat.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

XCVI.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur Job, Tobias, Judith, Esther, Machabæorum libri duo, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, & Isaïas.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

XCVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Job, Tobias, Judith, Esther, Machabæorum libri duo, Ezechiel, duodecim Prophetæ minores, Isaïas & Pauli Epistolæ omnes: accedit ad calcem epistola ad Laodicenses.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

XCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber Job: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

XCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Job, Esdras & Marci Evangelium: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

C.

Codex membranaceus, quo continetur Job: ad cujus marginem conjecta est glossa ordinaria.

Is codex à Pasquino de Capellis emptus dicitur Parisiis anno 1383. iisque circiter temporibus exaratus videtur.

CI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur libri Job versio vetus & nova.

Is codex anno 1587. exaratus est.

CII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Psalmi Davidis, ad quorum marginem conjectæ sunt glossæ satis locupletes: initio autem voluminis manu viri cujusdam eruditi hæc annotata reperias: *Psalmorum interpretatio quæ beato Hieronymo juxta veritatem Hebraïcam ad Sophronium dicitur, & operibus ejusdem Doctoris subjicitur; quæ autem versis paginis habetur, est vulgaris, quâ ecclesia utitur.*

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

CIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Psalmi Davidis, ad quorum marginem conjecta sunt scholia nonnulla, singulis verò Psalmis subjicitur oratio.

2.° *Berengarii*, Andegavensis Archidiaconi, professio fidei, manu recentiore scripta.

3.° Calendarium vetus.

4.° Hymni ecclesiastici, ad quorum marginem conjecta sunt scholia.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

CIV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Psalmi Davidis, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Paralipomena, Job, Tobias, Judith, Esther, Esdras & Machabæorum libri duo.

2.° Novi Teſtamenti libri omnes: præmittuntur *Euſebii* canones & prologi ſancti *Hieronymi* in Evangelia; accedit ad calcem epiſtola ad Laodicenſes.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

C V.

Codex membranaceus, quo continentur Pſalmi Davidis & Cantica iis adjungi ſolita; unà cum gloſſis, partim inter lineas, partim ad marginem conjectis.

Is codex ſub finem duodecimi ſæculi exaratus videtur.

C V I.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur Pſalmi Davidis: paſſim inter lineas gloſſæ; accedunt ad marginem ſcholia, è ſancti *Auguſtini* aliorumque operibus excerpta.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

C V I I.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur Pſalmi Davidis, cum gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

C V I I I.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur Pſalmi Davidis, cum gloſſa ordinaria.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

C I X.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Pſalmi Davidis.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

C X.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Pſalmi Davidis: accedit gloſſa.

Is codex anno 1441. exaratus eſt.

C X I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Paralipomena, Eſdras, Tobias, Judith, Eſther, Machabæorum libri duo, & Novum Teſtamentum integrum, ſed librorum ordine immutato.

Is codex decimo ſæculo exaratus videtur.

C X I I.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaïas, Jeremias & Ezechiel: non pauca paſſim deſiderantur.

Is codex decimo ſæculo exaratus videtur.

C X I I I.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia & Eccleſiaſticus.

2.° B. *Xyſti,* Epiſcopi & Martyris, enchiridion; præmittitur *Rufini,* Preſbyteri, præfatio: multa ſub finem deſiderantur.

3.° Sancti *Gregorii Magni* homiliæ in varia Evangeliorum dicta.

4.° *Albini* Magiſtri, ſive *Alcuini* libellus de baptiſmo.

5.° Anonymi expoſitio brevis in quatuor Evangelia.

6.° Sancti *Hieronymi* ad Paulinum, Preſbyterum, epiſtola de omnibus ſacris libris.

7.° *Oroſii* fragmentum è libro apologetico contra Pelagium.

8.° *Iſidori,* Hiſpalenſis Epiſcopi, liber procemiorum de libris Novi ac Veteris Teſtamenti.

9.° Ejuſdem præfationes in libros Novi Teſtamenti.

10.° Liber de ortu & vita ſanctorum Patrum qui in Scripturis ſacris laudantur: finis deſideratur.

Is codex undecimo ſæculo exaratus videtur.

C X I V.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Mareſcalli. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia & Eccleſiaſticus.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

C X V.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Tobias, Judith, Eſther & Machabæorum libri duo.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

C X V I.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Salomonis Proverbia, Eccleſiaſtes,

Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Paralipomena, Esdras, Esther, Tobias, Judith, Machabæorum libri duo.

2.° Novi Testamenti libri omnes: singulis libris præfixus prologus cum argumentis; ad calcem verò rejecti Davidis Psalmi, & Prophetia Baruch.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CXVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur Salomonis libri & Paralipomena: multa passim folia desiderantur; præmittitur sancti *Hieronymi* epistola ad Chromatium & Heliodorum, Episcopos, de sua horumce librorum interpretatione.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CXVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur Salomonis Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esdras, Esther, Tobias & Judith: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia & Ecclesiasticus: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia & Ecclesiasticus: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia & Ecclesiasticus: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia & Ecclesiasticus: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Sapientia, Canticum canticorum & Ecclesiasticus: accedit glossa ordinaria; Proverbiorum initium desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Jeremias: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Sapientia, Ecclesiasticus & Canticum canticorum.

2.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Danielem Prophetam.

3.° *Magistri Andreæ* commentarius super Isaïam, ad litteram.

4.° Anonymi liber de triplici libertate.

5.° *Bedæ* commentarius super Marcum: finis desideratur.

Hujusce codicis altera decimo quarto, altera decimo quinto sæculo pars videtur exarata.

CXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum & Sapientia: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes & Canticum canticorum: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXVIII.

Codex membranaceus, quo continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes & Canticum canticorum, unà cum glossis: ad calcem occurrunt fragmenta, ubi de bello justo & æquo.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum & Actus Apostolorum: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Canticum canticorum.

2.° Passio sancti Victoris versibus ab *Hugone*, Lingonicæ civitatis Episcopo, scripta.

3.° Venerabilis *Bedæ* expositio in Canticum canticorum: præfixa ejusdem præfatio, in qua lectorem monet ut Julianus, qui & commentarium in eundem librum ediderat, cautè admodùm legatur, quippè qui gratiæ Dei impugnator acerrimus, suam plurimis argumentis opinionem stabilire tentaverit.

4.° *Boëtii* ad Symmachum liber de Trinitate.

5.° Ejusdem ad Joannem, ecclesiæ Romanæ diaconum, epistolæ quatuor de Trinitate.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Canticum canticorum, cujus initium desideratur, & duodecim Prophetæ minores: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXXII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur liber Sapientiæ: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sapientia Jesu, filii Sirach, unà cum glossis: finis desideratur.

2.° Folia quædam chartacea, manu recentiore scripta, ad quæstiones theologicas pertinentia.

3.° Scintillæ Scripturarum; sive explicatio variorum sacræ Scripturæ locorum, ad vitam rectè instituendam spectantium.

4.° Anonymi expositio in Symbolum Apostolorum: finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CXXXIV.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur Judith, Esther, Machabæorum libri duo, totidem Esdræ & Baruch.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Prophetæ majores & minores, liber Baruch, Actus Apostolorum, Epistolæ canonicæ, Epistolæ Pauli & Apocalypsis, cujus finis desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CXXXVI.

Codex membranaceus, quo continentur Prophetæ majores & minores.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

CXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Prophetæ majores & minores, Evangelia Marci, Lucæ & Joannis, Epistolæ canonicæ, Epistolæ Pauli & Apocalypsis.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

CXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Prophetæ majores & minores, Job, Esther, Salomonis Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Tobias, Judith, Machabæorum libri duo, Esdræ totidem & Neemias.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXXXIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Prophetæ majores & minores, & Machabæorum libri duo.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

CXL.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Prophetæ majores & minores: ad calcem codicis rejectus est liber Baruch.

2.° Novum Testamentum integrum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

CXLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur duodecim Prophetæ minores: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur duodecim Prophetæ minores: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur duodecim Prophetæ minores & Canticum canticorum: inter lineas & ad marginem glossæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Isaïas, cum glossa ordinaria: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Isaïas Propheta: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Isaïas: accedunt inter lineas & ad marginem glossæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXLVII.

Codex membranaceus, quo continetur Isaïas Propheta: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CXLVIII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Isaïas, cum glossa ordinaria, & interlineari.

2.° Jeremias, cum utraque glossa, cujus, ut ad finem legitur, author est *Gilebertus*, Autissiodorensis diaconus, qui sæculo duodecimo ineunte floruit.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

CXLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Isaïas & Daniel: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CL.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Jeremiæ fragmentum, Actus Apostolorum, septem Epistolæ canonicæ, Apocalypsis, Regum libri quatuor, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia & Ecclesiasticus.

Is codex decimo tertio sæculo exeunte exaratus videtur.

CLI.

Codex membranaceus, quo continentur Jeremias, Baruch & duodecim Prophetæ minores, unà cum glossis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CLII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Ezechiëlis pars, uncialibus litteris scripta: initium ducitur à capite decimo sexto.

2.° Sancti *Hilarii* commentarius in Psalmos, à psalmo CXXXI. ad psalmum usque CXXXIII. perductus; quod fragmentum uncialibus litteris scriptum est.

3.° Fragmentum libri tertii commentariorum sancti *Hieronymi* in Isaïam: decimo sæculo exaratum videtur.

4.° Ejusdem fragmenta in Hieremiam, ad idem sæculum referenda.

5.° Signa de diebus quotidianis, item signa duodecim: sæculo duodecimo scripta.

6.° Libri primi *Pomponii Melæ* caput secundum: decimo quarto sæculo scriptum.

7.° Anonymi præfatio ad epistolas Senecæ: decimo sæculo scripta.

8.° Anonymi epistola ad Gunduinum: *Cur hodie non dedicentur ecclesiæ in nominibus Patriarcharum & Prophetarum*: duodecimo sæculo videtur scripta.

9.° Carmina nonnulla: authorum nomina non comparent.

10.° Chartæ quædam ad res Anglicanas spectantes: decimo tertio sæculo scriptæ.

11.° Diploma *Henrici I.* Imperatoris, in gratiam ecclesiæ Romanæ: datum anno 1014. verùm decimo quinto sæculo exscriptum.

12.° *Alexandri II.* epistola objurgatoria ad Gosselinum, Archiepiscopum Burdegalensem: decimo tertio sæculo scripta.

13.° Fragmentum epistolæ cujusdam, Romæ datæ. Ibi mentio Guillelmi, Aquitaniæ Ducis: illud autem fragmentum decimo tertio sæculo videtur exaratum.

14.° Sancti *Hieronymi* epistola ad Evagrium de Melchisedech: decimo tertio sæculo videtur exarata.

15.° *Berengarii* confessio fidei: decimo tertio sæculo videtur exarata.

16.° *Gregorii VII.* Papæ, de primatu Lugdunensi epistola: ad sæculum decimum tertium referenda.

17.° Ejusdem epistola ad Archiepiscopum Turonensem, & Episcopum Andegavensem, in gratiam Berengarii: eodem sæculo scripta.

18.° *Amati,* Episcopi Ellorensis, ad Archiepiscopum Turonensem epistola: eodem sæculo scripta.

19.° Archiepiscopi Lugdunensis ad Turonensem epistolæ tres: eodem sæculo scriptæ.

20.° *Amati,* Ellorensis, ad Archiepiscopum Turonensem epistolæ duæ: eodem sæculo scriptæ.

21.° Epistolæ sancti *Augustini* ad Macrobium fragmentum: eodem sæculo scriptum.

22.° *Durandi,* Episcopi Arvernensis, ad Archiepiscopum Turonensem epistola: eodem sæculo scripta.

23.° *Hugonis,* Episcopi Lingonensis, epistola ad eundem, & eodem sæculo scripta.

24.° *Gregorii VII.* ad Archiepiscopum Turonensem epistola: eodem sæculo scripta.

25.° Episcopi Aletani ad eundem epistola: eodem sæculo scripta.

26.° *Urbani II.* bulla in gratiam monasterii sancti Albini Andegavensis: decimo quarto sæculo scripta.

27.° Decreta Concilii Trecensis sub Paschali secundo: eodem sæculo scripta.

28.° Pax ecclesiæ Morinensi concessa ab Episcopo Drogone, & à Balduino, Insulano Comite, & à Reinaldo, Remorum Archiepiscopo, confirmata, & posteà ab Urbano, Papa, in Claromontensi concilio augmentata: eodem sæculo videtur scripta.

29.° Fragmentum epistolæ cujusdam, scriptæ anno 1021. in qua mentio Heriberti & Peregrini, Archiepiscoporum Coloniensium: eodem sæculo scriptum.

30.° Epistola cujudam monachi Cluniacensis, Maioli, Abbatis, temporibus scripta, & eodem, ut videtur, sæculo exarata.

31.° Consultatio de novalibus facta per *Joannem Juvenalem de Ursinis,* Patriarcham Antiochenum; anno 1451.

CLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Ezechiel: accedit glossa ordinaria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

CLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Ezechiel: accedit glossa ordinaria.

Is codex & alii benè multi, qui mox suo quisque loco appellabuntur, ex authenticis exemplaribus in bibliotheca Basileensi asservatis, sæculo decimo octavo, impensis regiis descripti, posteà cum ipsis authenticis exemplaribus à viris peritissimis collati, ac demum ad summæ emendationis fidem Basileensis reipublicæ sigillo, ejusque Cancellarii syngrapha muniti sunt.

MCDXL.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Fantini Valaresso,* Archiepiscopi Cretensis, tractatus de conciliis ad Eugenium IV. Summum Pontificem.

2.° Symbolum veritatis fidei Romanæ ecclesiæ, quo Manichæorum quinquaginta errores reprobantur: authore *Joanne,* Episcopo Prænestino & Cardinali sancti Sixti.

3.° Tractatus contra principales errores Mahometi: eodem authore.

Initio hujusce codicis decimo quinto sæculo exarati, reperiuntur chartæ duæ, in quarum priore Fantinus Arnoldo Guilermo de Limone, monacho Cluniacensi, delictorum veniam concedit; in altera eadem venia confirmatur.

MCDXLI.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans. Ibi continetur *Joannis de Segobia,* Hispani, liber de authoritate Episcoporum in concilio generali.

Is codex ex Basileensis bibliothecæ authentico exemplari, sæculo decimo octavo, impensis regiis descriptus, Basileensis reipublicæ sigillo, ejusque Cancellarii syngrapha munitus est.

MCDXLII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Hermanni de Campo-Veteri,* ordinis Cisterciensis, tractatus de vocibus definitivis in conciliis generalibus: *An soli Episcopi eas habeant.*

2.° Tractatus domini Cardinalis sancti Sixti, de ordine Prædicatorum *(Joannis de Ragusio)* ad Eugenium Papam, in materia concilii Basileensis.

3.° Cracoviensis Studii in Polonia scriptum, pro concilio Basileensi contra Eugenium.

4.° Aliud scriptum ejusdem Studii, de eodem argumento.

5.° Determinatio Universitatis Viennensis, in materia neutralitatis Principum.

6.° Consilium Studii Erfordiensis, in eadem materia.

7.° Magistri *Joannis Polomar* scriptum contra Basileense concilium.

8.° Dicta famosissimi sacræ theologiæ Doctoris Magistri *Joannis de Segobia,* circa materiam neutralitatis Principum.

9.° Bulla invectiva *Gabriëlis,* olim Eugenii Papæ IV. contra Basileense concilium.

10.° Responsio concilii Basileensis super hujusmodi bulla invectiva.

Is codex ex Basileensis bibliothecæ authentico exemplari, sæculo decimo octavo, impensis regiis descriptus, Basileensis reipublicæ sigillo, ejusque Cancellarii syngrapha munitus est.

MCDXLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi Durandi,* Episcopi Mimatensis, tractatus de modo celebrandi concilii generalis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCDXLIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Ordo celebrandi concilii.

2.° Canonum collectio ab *Anselmo,* Lucensi Episcopo, Gregorii Papæ jussu & præcepto concinnata: in tredecim libros dividitur; septimi finis & cæteri sequentes desiderantur: singulis autem libris præfixus capitum index.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

MCDXLV.

Codex chartaceus, quo continetur tractatus de conciliorum generalium authoritate, majestate, ac potestate: authore Doctore quodam Universitatis studii Viennensis in Austria.

Is codex ex Basileensis bibliothecæ authentico exemplari, sæculo decimo octavo, impensis regiis descriptus, Basileensis reipublicæ sigillo, ejusque Cancellarii syngrapha munitus est.

MCDXLVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Ludovici Pontani de Urbe,* Sedis apostolicæ Protonotarii, tractatus super potestate universalis Ecclesiæ, & generalium conciliorum illam repræsentantium.

2.° Ejusdem tractatus ad illustrissimum Principem Ducem Sabaudiæ, super eo quod Summus Pontifex generale concilium legitimè congregatum dissolvere vel transferre non potest.

3.° Ejusdem sermo, in quo ostendit quomodò non peccat sancta synodus in refutando pacem, quam sibi offert dominus Eugenius Papa, ejus pacis qualitate consideratâ.

4.° Ejusdem determinatio pro concilio Basileensi, de potestate Ecclesiæ supra Papam.

5.° Votum Magistri *Joannis de Ragusio,* Episcopi Argensis, in deputatione fidei super translatione concilii Basileensis ad petitionem Principum.

6.° Ejusdem considerationes sex de authoritate sacri concilii Basileensis & contra Eugenium, ad Electores Imperii.

7.° Ejusdem propositio coram Rege Romanorum Alberto & Ambassiatoribus Electorum, de authoritate & processu sacri concilii Basileensis, & contra Eugenium.

Is codex ex Basileensis bibliothecæ authentico exemplari, sæculo decimo octavo, impensis regiis descriptus, Basileensis reipublicæ sigillo, ejusque Cancellarii syngrapha munitus est.

MCDXLVII.

Codex chartaceus, quo continetur *Petri de Alliaco,* Cardinalis Cameracensis, tractatus de potestate Ecclesiæ.

Is codex ex Basileensis bibliothecæ authentico exemplari, sæculo decimo octavo, impensis regiis descriptus, Basileensis reipublicæ sigillo, ejusque Cancellarii syngrapha munitus est.

MCDXLVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Guillelmi Sprever,* legum Doctoris, tractatus de Summorum Pontificum & generalium conciliorum potestate: ad marginem conjecit notulas mordacissimas *Thomas Vanghan;* quarum exemplo sit ea qua pag. 13. legitur: *Si ejus membra* (author intelligit Cardinales,

Cardinales, quos veluti membra Papæ habuerat) *sunt membra Diaboli incarnati:* sub finem pauca quædam desiderantur.

2.° Regum & Imperatorum concilio Basileensi epistolæ quædam.

3.° Instrumenta aliquot quæ ad dissidium, ortum inter Legatos Anglorum & Hispanorum de Sedis præexcellentia, pertinent.

4.° *B.* Episcopi Novariensis, apud Christianissimum Regem Francorum sacri Basileensis concilii tunc Oratoris & Legati, oratio ad eumdem Regem: sequuntur capitula Carolo Francorum Regi oblata, ut ad ea singulariter respondeatur; cum Regis responsione.

5.° *D. Nicolai,* Episcopi Wexionensis, propositio Basileensi concilio facta.

6.° Collatio facta per Ambassiatorem Regis Poloniæ coram Duce Burgundiæ, in civitate Attrebatensi, de bellis componendis.

7.° *Joannis,* Antiocheni Patriarchæ, oratio ad synodum Basileensem de Conciliorum generalium potestate.

8.° Copia litteræ *Philippi,* Ducis Burgundiæ, directæ Principibus Almaniæ.

9.° Forma indulgentiæ concilii Basileensis pro subsidio & reductione Græcorum.

10.° Statuta sacrorum conciliorum Constantiensis & Basileensis.

Is codex concilii Basileensis tempore exaratus videtur.

MCDXLIX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Tractatus de Summorum Pontificum potestate: authoris nomen non comparet; est autem *Guillelmus Sprever,* legum Doctor, natione Venetus.

2.° *Joannis,* Antiocheni Patriarchæ, oratio ad concilium Basileense de Conciliorum generalium potestate.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MCDL.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Bernardi Guidonis* tractatus brevis de temporibus & annis generalium & particularium Conciliorum.

2.° Excerpta varia de electione Summi Pontificis, & de dignitate Cardinalium.

3.° Rubrica de gravaminibus dominorum temporalium, proposita per diversos Episcopos in concilio Viennensi anno 1311. cum responsionibus *Clementis V.* ad singulos articulos.

4.° Relatio duorum Cardinalium è concilio Constantiensi reducum, de rebus in ipso Concilio gestis, quo tempore obedientia subtrahebatur Benedicto XIII.

5.° *Caroli de Urries,* Cardinalis sancti Georgii, allegationes pro Benedicto XIII. adversùs Cardinales concilii Pisani.

6.° Locumtenentis thesaurariæ Apostolicæ epistola ad Franciscum, Archiepiscopum Narbonensem, sanctæ Romanæ ecclesiæ Camerarium, quâ se purgat ab objectis dum erat in concilio Constantiensi.

7.° Sessio trigesima secunda concilii Constantiensis.

8.° Nomina Cardinalium existentium in Constantia.

9.° Descriptio nationum in eodem Concilio existentium.

10.° Quæstiones de rebus in eodem Concilio gerendis, propositæ per Castellanos.

11.° Episcopi Conchensis epistola ad P. Cardinalem de receptione Ambassiatorum Castellæ in publica sessione ejusdem Concilii.

12.° Ejusdem Episcopi, nî fallor, epistola ad Doctorem Alfonsum, de unione Ecclesiæ.

13.° Memoriale agendorum per dominum Bacallarium pro Sancio Luppi; sive succincta narratio de quibusdam rebus gestis in Constantia.

14.° Epistola concordiæ super Concilio generali habendo in facto præsentis schismatis, directa Regi Franciæ per *Conradum Geilemisen,* Præpositum Wormaciensem.

15.° Allegationes super facto intrusi; scilicet, quòd ipso non veniente Saonam, nihilominùs anti-Cardinales sunt obligati ire, ut stent conditiones propter quas intrusus debet renuntiare.

16.° Aliæ allegationes super eodem facto.

17.° Fratris *Guillelmi,* Episcopi Cavallicensis, brevis tractatus ad ostendendum Benedictum XIII. esse Papam indubitatum.

18.° Refutatio cujusdam libelli scripti pro Alexandro V. adversùs Benedictum XIII.

19.° Puncta quæ tanguntur in tribus epistolis missis per Cardinales Pisanos domino Benedicto Papæ XIII. & anno decimo quinto pontificatus sui 1409. in Perpiniano cum sua curia residenti, & universale ac generale Concilium celebranti; cum responsionibus incerti authoris ad eadem puncta.

20.° *Georgii de Ornosio,* advocati consistorialis, allegationes pro Benedicto XIII. adversùs concilium Pisanum.

21.° Formula sententiæ, à Benedicto XIII. ferendæ in Concilio generali adversùs Balthasarem Coxa intrusum, & contra Franciscum, olim Camerarium, & contra Philibertum de Naylaco, olim Magistrum hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

22.° Capitula Narbonensia, relata posteà in concilio Constantiensi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCDLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Adnotatio de sex prioribus conciliis.

2.° *Justiniani,* Imperatoris, epistola ad Patres Concilii quinti.

3.° Synopsis chronologica Summorum Pontificum à sancto Petro ad Adrianum.

4.° Symbolum sancti *Athanasii.*

5.° Sancti *Augustini* exemplar fidei.

6.° Expositio fidei sancti *Hieronymi,* Presbyteri.

7.° Statuta Ecclesiæ antiqua.

8.° Fragmenta è libris quinto & sexto historiæ Francorum, à *Gregorio Turonensi* conscriptæ.

9.° Gesta Summorum Pontificum, *Anastasio,* Bibliothecario, tributa.

10.° Notitia provinciarum Galliæ.

11.° Nomina omnium provinciarum Romanarum.

12.° Variæ expositiones fidei.

13.° Canones concilii Nicæni, cum Episcoporum subscriptionibus.

14.° *Gennadii,* Massiliensis, liber de definitionibus dogmatum ecclesiasticorum.

15.° Fragmenta concilii Sardicensis.

16.° Fragmenta concilii Ephesini primi.

17.° Decretum *Gregorii* Papæ tempore Mauricii, Imperatoris, cum subscriptionibus Episcoporum.

18.° Canones concilii Sardicensis.

19.° Canones concilii Ancyrani.

20.° Canones concilii Neocæsariensis.

21.° Canones concilii Gangrensis.

22.° Canones concilii Antiocheni.

23.° Canones concilii Laodicensis.

24.° Canones concilii Constantinopolitani secundi.

25.° Canones concilii Chalcedonensis.

26.° Canones Apostolorum.

27.° Canones concilii Carthaginensis.

28.° Concilium Telense.

29.° Canones Romanorum ad Gallos.

30.° Concilia Gallicana, Agense, Andegavense, Aurelianense, Arelatense, Arausicanum, Valentinum, Regense, Vasense, Arvernum & Epaonense.

31.° Epistola S. *Leonis,* Papæ, ad Episcopos per Campaniam, Picenum & Samnium.

32.° *Cœlestini, Zosimi, Symmachi, Innocentii* & *Syricii* epistolæ decretales.

33.° Concilium Toletanum tertium anno 589. habitum: finis desideratur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MCDLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Canones Apostolorum. præfixus index rerum hocce volumine comprehensarum.

2.° Canones concilii Nicæni.

3.° Canones concilii Ancyrani.

4.° Canones concilii Neocæsariensis.

5.° Canones concilii Gangrensis.

6.° Canones concilii Antiocheni.

7.° Canones concilii Laodicensis.

8.° Canones concilii Constantinopolitani.

9.° Canones concilii Chalcedonensis.

10.° Canones concilii Sardicensis.

11.° Canones concilii Carthaginensis.

12.° Canones conciliorum Africanæ provinciæ.

13.° Epistolæ decretales Summorum Pontificum, *Syricii, Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cœlestini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi* & *Gregorii.*

14.° Concilia antiqua Galliæ, scilicet Arelatensia, Taurinatense, Valentinum primum, Forojuliense, Regense, Arausicanum primum, Vasense, Agathense, Aurelianense primum, Epaonense, Carpentoratense, Arausicanum secundum, Arvernense, Aurelianense secundum & tertium, Vasense secundum, cui subjicitur epistola *Leonis,* Papæ, ad Episcopos provinciæ Viennensis, & Matisconense primum.

15.° *Constantini Magni* & aliorum quorumdam Imperatorum constitutiones de privilegiis Episcoporum & Ecclesiarum.

16.° *Vigilii,* Papæ, epistola ad Profuturum, Episcopum Bracarensem.

17.° Notitia provinciarum & civitatum.

18.° Instrumentum quo probatur Moriensem ecclesiam antiquitùs Viennensi subditam fuisse.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MCDLIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Canones Apostolorum: præmittuntur 1.° *Nicolai* Papæ ad Rivoladrum epistola de gregis ipsi commissi cura: 2.° observationes de suprà dictis canonibus: 3.° sancti *Augustini* ad Santippum epistola: 4.° *Leonis*, Papæ, epistola de privilegio Chorepiscoporum: 5.° sancti *Hieronymi* ad Amandum epistola: 6.° index rerum eo volumine comprehensarum.

2.° Canones concilii Nicæni.

3.° Canones concilii Ancyrani.

4.° Canones concilii Neocæsariensis.

5.° Canones concilii Gangrensis.

6.° Canones concilii Antiocheni.

7.° Canones concilii Laodicensis.

8.° Canones concilii Constantinopolitani.

9.° Canones concilii Chalcedonensis.

10.° Canones concilii Sardicensis.

11.° Canones concilii Carthaginensis.

12.° Canones provinciæ Africanæ.

13.° Epistolæ decretales *Syricii*, Papæ, *Innocentii, Zosimi, Bonifacii, Cœlestini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, Hormisdæ* & *Gregorii* junioris.

14.° Sancti *Clementis* ad Jacobum, fratrem Domini, epistola de Sacramento.

15.° *Gelasii*, Papæ, epistola ad Anastasium, Imperatorem.

16.° *Leonis*, Papæ, epistola ad Turibium.

17.° Ejusdem epistola ad Flavianum.

18.° *Isidori* epistola de lapsu Sacerdotis.

19.° Ephesinæ primæ synodi fragmentum.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MCDLIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Canones Apostolorum: præmittuntur annotationes & observationes de iis quæ hocce volumine comprehenduntur.

2.° Canones concilii Nicæni, cum Episcoporum subscriptionibus.

3.° Canones concilii Laodicensis.

4.° Canones concilii Antiocheni, cum subscriptionibus.

5.° Acta & constitutiones concilii Romani, sub Silvestro, Papa hujus nominis I.

6.° Canones concili Nicæni.

7.° Canones concilii Sardicensis.

8.° Canones concilii Carthaginensis.

9.° Canones concilii Ancyrani.

10.° Canones concilii Cæsariensis.

11.° Canones concilii Gangrensis.

12.° Concilii Carthaginensis epistola ad Innocentium, Papam, cum hujus responso.

13.° Concilii Milevitani ad eumdem epistola, cum hujus responso.

14.° *Aurelii, Alypii, Augustini, Evodii* & *Possidii* epistola familiaris ad Innocentium, Papam, cum hujus responso.

15.° Ejusdem Papæ epistola ad Aurelium, Episcopum Carthaginensem.

16.° Concilium Carthaginense contra Pelagium & Cœlestium.

17.° *Honorii* & *Theodosii*, Imperatorum, rescriptum ad Palladium de synodi Africanæ gestis.

18.° Eorumdem ad Aurelium epistola de Pelagio & Cœlestio.

19.° *Aurelii* ad Episcopos Bizacenos epistola de damnatione Pelagii & Cœlestii.

20.° Epistola excerpta de gestis contra Pelagium hæreticum, & alia de libris ejus quæ in Palæstina synodo sibi objecta anathemisare compulsus est.

21.° *Constantii* Imperatoris & patris Valentiniani, Augusti junioris, epistola de exiliando Cœlestio, Pelagiano hæretico: sequitur edictum adversùs Cœlestium.

22.° *Innocentii*, Papæ, ad Exuperium epistola de rebus dubiis Papæ remittendis.

23.° Ejusdem epistola ad Macedones Episcopos.

24.° Ejusdem epistola ad Decentium.

25.° Ejusdem epistola ad Victricium, Rothomagensem Episcopum.

26.° Acta & constitutiones concilii Chalcedonensis.

27.° *Syricii, Zosimi, Bonifacii* & *Cœlestini*, Summorum Pontificum, epistolæ decretales.

28.° Professiones fidei.

29.° Excerpta è sanctis Patribus Græcis & Latinis de fide catholica.

30.° Epistola de gestis synodi Constantinopolitanæ sub Flaviano habitæ, in qua damnatus est Eutyches: unà cum subscriptionibus.

31.° Quædam de Dioscori Alexandrini erroribus.

32.° *Simplicii* & *Felicis* epistolæ ad Acacium.

33.° *Gelasii*, Papæ, libellus de condemnatione Acacii.

34.° Ejusdem commonitorium Fausto, Constantinopolim legationis officio fungenti.

35.° Ejusdem ad Anastasium, Imperatorem, & ad Episcopos Orientales epistola de eodem argumento.

36.° S. *Athanasii* ad Epictetum epistola

de iis qui de Incarnatione malè sentiebant.

37.° *Cyrilli*, Episcopi, ad Joannem Antiochenum epistola.

38.° Formulæ fidei.

39.° Constituta *Gelasii*, Papæ.

40.° Canones concilii Antiocheni.

41.° Canones concilii Laodicensis.

42.° Canones concilii Constantinopolitani primi.

43.° Canones concilii Teleptensis.

44.° Fragmentum de dignoscendis epistolis canonicis.

45.° Sancti *Clementis* ad Jacobum, fratrem Domini, epistola supposititia.

46.° Sancti *Leonis*, Papæ, epistolæ.

47.° Anonymus de differentia sacrificium inter & holocaustum.

48.° *Silverius*, Episcopus, de damnatione Vigilii.

49.° Fragmentum de quibusdam consuetudinibus ecclesiasticis.

50.° *Trojani*, Episcopi, ad Eumerium epistola de puero qui nescire se dicit, si fuerit baptizatus.

51.° Constitutiones & definitiones ecclesiasticæ: authore *Gennadio*, Massiliensi.

52.° Canones tredecim Turonensis ecclesiæ.

53.° Canones novem Parisienses, sancto Germano sedem episcopalem obtinente.

54.° Canones Aurelianenses, Clodoveo regnante.

55.° Statuta Ecclesiæ antiqua.

56.° *Isidori* ad Mansionem epistola de pœnitentia.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MCDLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Canones concilii Nicæni: præfixum *Caroli Magni* capitulum quadragesimum quintum de Presbyteris criminatis, quomodò purgentur.

2.° Canones Ancyrani.

3.° Canones concilii Neocæsariensis.

4.° Canones concilii Gangrensis.

5.° Canones concilii Carthaginensis.

6.° Canones concilii Chalcedonensis, cum Episcoporum subscriptionibus.

7.° Canones concilii Constantinopolitani, cum Episcoporum subscriptionibus.

8.° Canones concilii Sardicensis.

9.° Canones concilii Antiocheni.

10.° Gesta sancti Silvestri, Papæ.

11.° Gesta Liberii, Papæ.

12.° Gesta de purgatione Sixti, Papæ.

13.° Gesta de Polychronio, Episcopo Hierosolymitano.

14.° *Syricii, Bonifacii, Zozimi, Cælestini, Innocentii* & *Leonis* epistolæ decretales.

15.° Synodus Chalcedonensis adversùs Eutychem.

16.° Epistola *Damasi*, Papæ, ad Paulinum de synodo Nicæna.

17.° Variæ expositiones fidei.

18.° Epistola concilii Sardicensis ad Julium, Papam.

19.° Decreta Summorum Pontificum *Gelasii* & *Leonis*.

20.° Epistola concilii Carthaginensis ad sanctum Innocentium, Papam.

21.° Concilium Carthaginense habitum contra Pelagium & Cœlestium.

22.° Gesta synodi Constantinopolitanæ adversùs Eutychem, cum Episcoporum subscriptionibus.

23.° *Leonis, Felicis, Gelasii, Innocentii, Syricii, Damasi* & *Clementis* epistolæ, cum aliorum ad eas rescriptis.

24.° Antiqua concilia Galliæ, scilicet Arelatensia, Carpentoratense, Arausicana, Taurinense, Regense, Aurelianensia, Valentinum, Agathense, Veneticum, Vasense, Epaonense, Turonense, Matisconense, Telenense, Parisiaca, Autissiodorense, Cabilonense, Eliberitanum, Tarraconense, Gerundense, Cæsaraugustanum & Ilerdense; plerisque subjiciuntur Episcoporum subscriptiones.

25.° Antiqua Hispaniæ concilia, nimirum Valentinum, Toletana duodecim, Bracarense & Hispalense.

26.° Decretum *Gregorii*, Papæ.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MCDLVI.

Codex membranaceus, primùm S. Petri Bellovacensis, posteà Colbertinus. Ibi continetur secunda editio antiquæ versionis concilii Ephesini.

Is codex lacerus & situ corruptus, nono, ut videtur, sæculo exaratus est.

MCDLVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur acta concilii Ephesini, è Græca lingua in Latinam conversa, & è vetustissimo codice S. Juliani Turonensis à Baluzio anno 1677. descripta, hoc ordine:

1.° Epistola Sancti *Cyrilli* ad Monachos Ægypti.

2.° Ejusdem epistola ad Nestorium.

3.° *Nestorii* epistola ad Cyrillum.
4.° *Cyrilli* epistola apologetica.
5.° Contestatio proposita in publico adversùs Clericos Constantinopolitanos.
6.° *Cyrilli* epistola ad Nestorium, cum hujus responso.
7.° Alia *Cyrilli* ad eumdem epistola.
8.° Anathematismi *Cyrilli*.
9.° *Cyrilli* epistola ad clerum Constantinopolitanum.
10.° *Cælestini*, Papæ, epistola ad Nestorium.
11.° Ejusdem epistola ad clerum & populum Constantinopolitanum.
12.° Ejusdem epistola ad Cyrillum.
13.° Ejusdem epistola ad Joannem, Antiochenum.
14.° *Cyrilli* epistola ad Acacium, cum hujus responso.
15.° *Cyrilli* epistola secunda ad Joannem, Antiochenum.
16.° Ejusdem epistola ad Juvenalem.
17.° Ejusdem epistola ad quemdam zelotem.
18.° Ejusdem epistola quarta ad Nestorium.
19.° *Theodosii*, Imperatoris, epistola ad Cyrillum.
20.° *Joannis*, Antiocheni, epistola ad Cyrillum.
21.° *Theodosii*, Imperatoris, epistola secunda ad Cyrillum.
22.° Exemplar gestorum synodi Ephesinæ.
23.° Capitula excerpta è sanctis Patribus.
24.° Capitula excerpta ex codicibus Nestorii.
25.° *Capreoli*, Carthaginensis Episcopi, ad synodum Ephesinam epistola.
26.° Sententia synodi contra Nestorium.
27.° Damnatio missa ad faciem ei.
28.° Prolata definitio de fide Nicæna.
29.° Epistola synodi ad Presbyteros & Œconomos ecclesiæ Constantinopolitanæ.
30.° *Cyrilli* epistola ad clerum & populum Alexandriæ.
31.° Relatio synodi ad Imperatores.
32.° Epistola *Cyrilli* ad Episcopos & Archimandritas Constantinopolitanos.
33.° Acta Constantinopoli post acceptam superiorem Cyrilli epistolam.
34.° *Cyrilli* epistola scripta ab Epheso ad Patres Monachorum.
35.° Episcoporum qui inventi sunt in Constantinopoli commonitorium.
36.° Exemplar rescripti Imperialis, missi in Ephesum per Palladium Magistrianum.
37.° Monumenta quæ gesta sunt in Epheso, sub præsentia Legatorum Sedis Apostolicæ.
38.° *Cælestini*, Papæ, epistola ad synodum Ephesinam.
39.° Episcoporum acclamationes post lectam Cœlestini epistolam.
40.° Epistola scripta à sancto Concilio ad clerum & populum Constantinopolitanum; sequitur ejusdem cleri responsum.
41.° Epistola synodi ad Imperatores, adversùs relationem Candidiani.
42.° Libelli oblati sancto Concilio à Cyrillo & Memnone.
43.° *Cyrilli* allocutio ad synodum, adversùs præsumptionem Joannis Antiocheni.
44.° Exemplar relationis sancti Concilii ad Imperatores de Orientalibus.
45.° Exemplar sacrorum quæ directa sunt sancto concilio per *Joannem*, Comitem Sacrorum.
46.° Exemplar relationis sancti concilii ad sacra relicta à Comite Sacrorum Joanne.
47.° *Cyrilli* epistola ad clerum Constantinopolitanum.
48.° *Memnonis* epistola ad eumdem clerum.
49.° Synodi epistola ad Imperatores adversùs synodum Orientalium.
50.° Ejusdem epistola ad Episcopos in Constantinopoli commorantes.
51.° Acta in synodo circa expositionem fidei Nicænæ.
52.° Capitula excerpta è sanctis Patribus.
53.° Acta synodi in causa Charisii.
54.° *Charisii* libellus sanctæ synodo oblatus.
55.° Ejusdem confessio fidei.
56.° Exemplar expositionis symboli transformati.
57.° Exemplar epistolæ scriptæ ad Concilium ab Episcopis qui inventi sunt in Constantinopoli.
58.° Preces cleri Constantinopolitani ad Concilium.
59.° *Cyrilli* epistola ad Theopemptum, Potamonem & Danielem.
60.° Excerpta è diversis sermonibus Cyrilli.
61.° *Theodoti*, Episcopi Cyrorum, sermo dictus die Nativitatis.
62.° Ejusdem sermo similis argumenti.
63.° *Regini*, Episcopi Constantiæ Cypri, homilia.
64.° Epistola concilii Ephesini ad Cœlestinum, Papam.

65.° Mandatum ejuſdem Concilii ad eos qui miſſi ſunt Conſtantinopolim.

66.° Relatio miſſa ad Imperatorem.

67.° Mandatum ſynodi Orientalium ad eos qui miſſi ſunt Conſtantinopolim.

68.° Epiſtola ſynodi ad Imperatores.

69.° Commonitorium cum relatione, directum clero Conſtantinopolitano à ſynodo.

70.° Narratio ordinationis Maximiani, Epiſcopi Conſtantinopolitani.

71.° Ejuſdem *Maximiani* epiſtola ad Cyrillum.

72.° *Cyrilli* epiſtola ad Juvenalem.

73.° Interpretatio ſanctionis Imperatoriæ, ſcriptæ ad Iſidorum, Præfectum Prætorio.

74.° Reſcriptio legis ſacræ contra Neſtorium.

75.° Edictum Præfectorum Prætorio.

76.° Sacra imperialis ad Joannem, Epiſcopum Antiochenum.

77.° Libellus datus Archiepiſcopo Cyrillo, à Paulo, Epiſcopo Emeſeno, miſſo à Joanne Antiocheno.

78.° *Joannis,* Antiocheni, epiſtola ad Cyrillum: ſequitur hujus reſponſum.

79.° *Cyrilli* homilia in natali ſancti Joannis Baptiſtæ.

80.° Ejuſdem epiſtola ad Maximianum, Epiſcopum Conſtantinopolitanum.

81.° Commonitorium Eulogio, Preſbytero Alexandriæ.

82.° *Cyrilli* epiſtola ad Acacium, Epiſcopum Melitinæ.

Sequitur concilium Epheſinum, collatum cum vetuſtiſſimo codice manuſcripto ſancti Petri Bellovacenſis, de quo ſuperiùs n.° MCDLVI.

MCDLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Actio prima concilii Chalcedonenſis.

2.° Fragmenta è collectione canonum eccleſiaſticorum *Dionyſii Exigui.*

3.° Fragmenta pœnitentialis *Theodori,* Epiſcopi Cantuarienſis.

4.° *Gennadii,* Maſſilienſis, liber de definitionibus eccleſiaſticorum dogmatum.

5.° Scintilla de canonibus vel ordinationibus Epiſcoporum.

6.° Concilia antiqua Galliæ, ſcilicet Turonenſe, Pariſiacum & Aurelianenſe.

7.° Statuta Eccleſiæ antiqua.

8.° Sancti *Gregorii,* Papæ, epiſtola ad Brunechildem, Reginam, de ſacris ordinibus.

9.° Epiſtola Epiſcoporum provinciæ Turonicæ, ad plebem miſſa poſt ſynodum Turonenſem.

10.° Sanctorum *Lupi* & *Euphronii* epiſtola ad Thalaſſium, de ſolemnitatibus & de bigamis Clericis.

11.° Concilium Veneticum anno 465. habitum.

12.° Notitia provinciarum & civitatum Galliæ.

13.° Fragmenta conciliorum Toletanorum.

14.° Allocutio *Cæſarii,* Epiſcopi Arelatenſis, in cauſa Contumelioſi.

15.° Edictum *Guntranni,* Regis, è libro octavo Gregorii Turonenſis.

16.° Synodus Autiſſiodorenſis Aunacharii, Epiſcopi.

17.° Concilium Cabilonenſe anni 650.

18.° Concilium Romanum ſub ſancto Gregorio Papa.

19.° Decreta *Gregorii II.* Papæ.

20.° Capitula *Ingilranni,* Epiſcopi Metenſis.

21.° Synodale decretum *Nicolai II.* Papæ.

22.° Jusjurandum quod in eodem Concilio fecit *Berengarius,* Archidiaconus Andegavenſis.

23.° Statuta ſynodalia *Raymundi,* Epiſcopi Nemauſenſis, condita circa annum 1260. finis deſideratur.

24.° Adviſamenta ſtili curiæ eccleſiaſticæ Briocenſis.

25.° Regulæ juris à *Bonifacio VII.* editæ.

26.° Statuta eccleſiæ cathedralis Nannetenſis.

27.° Notitia provinciarum & civitatum Galliæ.

28.° Synodi Sueſſionenſis tertiæ epiſtola ad Nicolaum I. Papam.

29.° Ejuſdem *Nicolai* epiſtola ad Salomonem, Regem Britonum.

30.° *Joannis XIII.* epiſtola ad Epiſcopos citerioris Britanniæ.

31.° *Stephani,* Cardinalis, epiſtola ad Joannem, Archiepiſcopum Dolenſem.

32.° *Leonis IX.* epiſtola de geſtis in concilio Remenſi adversùs Epiſcopos Britonum.

33.° *Gebuini,* Archiepiſcopi Lugdunenſis, epiſtola ad Rodulphum, Archiepiſcopum Turonenſem.

34.° *Gregorii VII.* epiſtola adversùs Fulconem, Comitem Andegavenſem.

35.° Excerpta è moralibus ſancti Gregorii Papæ.

36.° Epistolæ *Nicolai I.* Papæ.

37.° Excerpta varia ad jus ecclesiasticum pertinentia: finis desideratur.

Hujusce codicis quadruplex est scripturæ genus; hoc nono, illud undecimo, alterum duodecimo, postremum decimo quarto, ut videtur, sæculo exaratum est.

MCDLIX.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur appendix ad synodum Chalcedonensem, in qua continentur quæ ante & post concilium acta sunt: è bibliotheca Geverharti Elmenhorsti; conjectæ ad marginem notulæ quædam, quarum, nî fallor, author est *Claudius Salmasius.*

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

MCDLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Concilia Græciæ, scilicet Nicænum, Ancyritanum, Neocæsariense, Gangrense, Sardicense, Antiochenum, Laodicense, Constantinopolitanum secundum, Ephesinum primum, & Chalcedonense, cui subjecta *Attici,* Constantinopolitani Episcopi, epistola formata.

2.° Synodi Carthaginenses septem, quibus subnectitur synodus Milevitana.

3.° Concilia Gallicana, nimirùm tria Arelatensia, Valetanum, seu potiùs Valentinum, Tauritanum, Regense, Arausicum, Vasensia duo, Agathense, Aurelianensia duo, Epaonense, Carpentoratense, Clarvernense primum, & Arvernense secundum.

4.° Concilia Hispaniæ, videlicet Eliberitanum, Tarraconense, Gerundense, Cæsaraugustanum, Ilerdense, Valletanum, Toletana septemdecim, Bracarensia quatuor, Hispalensia duo, & Emeritense.

5.° Sententiæ quæ in veteribus Conciliorum exemplaribus non habentur, sed à quibusdam insertæ sunt.

6.° Synodus Lateranensis à Papa Eugenio II. congregata.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MCDLXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Concilium Pisanum anni 1409.

2.° *Bartholomæi,* Brixiensis, brocarda juris canonici.

3.° Libellus supplex Universitatis Parisiensis, oblatus Joanni Papæ XXIII. cum responsionibus ejusdem ad marginem conjectis.

4.° Indultum ab eodem *Joanne* concessum gentibus tenentibus Regium Parlamentum, pro primis beneficiis vacantibus.

5.° Sententia concilii Constantiensis contra Petrum de Luna.

6.° Formæ supplicationum & propositionum.

7.° Registrum *Petri Girardi,* Cardinalis, Episcopi Tusculani, & Joannis XXIII. Pœnitentiarii.

8.° Registrum *Joannis de Broniaco,* Episcopi Ostiensis.

9.° Regulæ cancellariæ apostolicæ à Joanne XXII. ad Joannem XXIII.

10.° Quidam processus in causis beneficialibus.

Is codex anno 1425. exaratus est.

MCDLXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Narratio eorum quæ Romæ contigerunt post obitum Gregorii XI. præfixa *Nicolai de Auximo* oratio, tempore vacationis Romanæ sedis habita.

2.° Epistola Cardinalium, Anagniæ existentium, ad alios Cardinales, ne Urbanum VI. habeant pro legitimo Papa.

3.° Narratio electionis Urbani VI. ad ostendendum eam fuisse legitimam & canonicam.

4.° Depositio *Jacobi,* camerarii Francisci de Thebaldeschis, Cardinalis sancti Petri, super facto electionis Urbani VI.

5.° *Raymundi de Capua,* ordinis Prædicatorum Magistri, testimonium de visis & auditis tùm vacante Romana ecclesia per mortem Gregorii XI. tùm post electionem Urbani VI.

6.° Depositio D. *Buchii Petri Jacobi* de regione trans Tiberim, nobilis, qui fuit Comes tabularius tempore conclavis.

7.° Interrogata secundò data per Ambassiatores Regis Aragonum, cum responsionibus D. Cardinalis Florentini.

8.° Responsio D. Cardinalis Sabinensis, quòd Urbanum pro Papa non habuit in mente sua.

9.° Consilium cujusdam ad quemdam Præsulem, ut sequatur partes Clementis VII.

10.° *Petri Corsini,* Cardinalis Florentini, narratio de electione Avenione celebrata post mortem Gregorii XI.

11.° Allegationes *Petri de Tureyo* in causa schismatis: *An sit credendum Cardinalibus in iis quæ cum juramento asserunt.*

12.° Allegationes *D.* Cardinalis de Luna: *An electio Papæ facta per metum, sit nulla.*

13.° *Joannis Castellani,* Magistri in theologia, responsum ad Petrum, Archiepiscopum Toletanum, quo asserit articulum esse fidei, credere unam sanctam Ecclesiam catholicam, & Urbanum VI. ejus verum caput & pastorem, ac indubitatum Vicarium Jesu Christi.

14.° Fragmenta epistolæ pacis *Henrici de Hassia.*

15.° *Baldi* tractatus pro Urbano VI. scriptus Romæ anno 1380.

16.° Narratio eorum quæ Romæ contigerunt post obitum Gregorii XI. eadem omninò quæ supra n.° 1.°

17.° Factum *Joannis de Lignano* pro Urbano VI. seu pars tractatus de fletu Ecclesiæ.

18.° Ejusdem epistola ad Petrum, Cardinalem de Luna, die duodevigesima Augusti, ante electionem Clementis VII.

19.° Ejusdem novæ allegationes pro eodem, seu postrema pars secundi tractatus pro Urbano.

20.° Factum cujusdam pro Urbano VI.

21.° Rationes communes propter quas Anglici tenent pro Papa suo Bartholomæum Barensem.

22.° Responsiones ad rationes Anglorum.

23.° Aliæ responsiones ad rationes Anglorum super facto schismatis.

24.° *Gualteri de Argentina,* Scriptoris Pœnitentiariæ D. Papæ, rationes quibus motus est ad credendum Urbanum VI. esse verum Papam.

25.° *Bartholomæi de Cucurno,* ordinis Minorum, scriptum de vera & legitima electione Urbani VI.

26.° *Florentii,* Episcopi Trajectensis, sententia adversùs Andream de Weymborch, clericum diœcesis Trajectensis, qui sequebatur partes Clementis VII. anno 1391.

27.° Copia primæ litteræ *Bonifacii IX.* quam Prior Astensis & Bartholomæus, Prior Gorgonæ Carthusiensis, portaverunt Carolo Francorum Regi.

28.° Copia secundæ bullæ *Bonifacii IX.* ad eumdem.

29.° Alia ejusdem ad eumdem Regem, dictata per dominum Reatinum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCDLXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur.

1.° Labyrinthus curiæ Romanæ, sive allegoricum quoddam somnium, tempore Urbani VI. conscriptum; in quo variæ hujus aulæ miseriæ, variaque incommoda describuntur.

2.° Tractatus de judicio veritatis contra Bartholomæum schismaticum, à quodam monacho Clarævallensi conscriptus.

3.° Epistola *Valerii* ad Rufinum, ne ducat uxorem.

4.° Litteræ Florentinorum ad Conservatores Cameræ urbis.

5.° Eorumdem litteræ ad Gubernatores pacis ac libertatis sacræ reipublicæ Romanæ.

6.° Eorumdem epistola ad Carolum VI. Francorum Regem.

7.° *Caroli VI.* Francorum Regis, litteræ ad Principem Mongech Mellec el Almiral de sua ad Christum conversione.

8.° Litteræ cujusdam ad Joannem de Grangia, Ambianensem, quando fuit promotus ad cardinalatum.

9.° *Gregorii XI.* epistola contra Florentinos.

10.° Copia responsionis factæ pro parte Universitatis Anconæ ad litteras communis Florentiæ.

11.° Epistola Florentinorum ad Bandrenses urbis Romanæ.

12.° Eorumdem litteræ contra Papam, Regi Franciæ directæ.

13.° Excessus Florentinorum facti contra Gregorium XI. & sanctam Romanam ecclesiam.

14.° *Ludovici Florentini,* Augustiniani, epistola ad Carolum V. Regem Francorum.

15.° *Francisci Petrarchæ* epistola ad fratrem Æneam de Senis, ordinis Prædicatorum: versibus Latinis.

16.° Litteræ missæ à Cardinalibus qui Romæ Papam Urbanum VI. elegerunt, iis qui Avenione commorabantur, de morte Gregorii XI. anno 1377.

17.° Copia litterarum quæ fuerunt per dominos Cardinales transmissæ Archiepiscopo Barrensi, existenti in Tuille, & DD. Cardinalibus existentibus in Anania, in forma monitionis.

18.° Copia litteræ *Petri,* Archiepiscopi Arelatensis & Camerarii, collectoribus ut Archiepiscopo Barrensi non obedirent ut Papæ.

19.° Pronuntiatio decreti facta per DD. Cardinales in Anania anno 1378. quòd Bartholomæus non est Papa, imò potiùs Antichristus debet nominari.

20.° Ordo, forma & modus electionis Bartholomæi.

21.° *Nicolai de Bello-Forti,* domini *de Lincolio,* epistola ad Clementem VII. quando fuit electus.

22.° *Petri Amelii,* Cardinalis Ebredunensis, tractatus, quòd non est faciendum Concilium generale super declaratione facti Ecclesiæ, cùm electio D. Clementis sit canonica, prima autem nulla sit ipso jure, cùm per metum & impressionem facta sit.

23.° *Baldi de Perusio* allegationes pro electione Bartholomæi contra Clementem VII.

24.° *Radulphi de Ulmonte* allegationes quòd electio Bartholomæi ipso jure est nulla, secunda autem canonica.

25.° Litteræ Universitatis Parisiensis ad Regem Carolum VI. super via cessionis & renuntiationis: anno 1394.

26.° Ejusdem litteræ ad Papam & ad Cardinales.

27.° *Galeoti,* Cardinalis de Petra-mala, epistola ad Romanos.

28.° Litteræ Universitatis Parisiensis ad Benedictum XIII. super via cessionis.

Is codex vergente sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCDLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai Eymerici,* ordinis Prædicatorum, epistola ad Cardinales Anagniæ agentes, contra electionem Urbani VI.

2.° Ejusdem oratio ad Regem Castellæ, ad quem missus erat à Cardinalibus, de eodem argumento.

3.° Ejusdem versus super schismate.

4.° Ejusdem tractatus de duplici natura in Christo & de tribus in Deo personis; seu *An sacramentum Eucharistiæ sit Pater & Filius & Spiritus sanctus.*

5.° Ejusdem tractatus contra doctrinam Raymundi Lullii.

6.° Ejusdem dialogus contra Lullistas.

7.° Ejusdem tractatus cui titulus: Fascinatio Lullistarum.

8.° Ejusdem tractatus contra dæmonum invocatores.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MCDLXV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis de Cardalhaco,* Patriarchæ Alexandrini, perpetuique archiepiscopatûs Tolosani administratoris, sermo de schismate tunc incepto.

2.° Ejusdem sermo Dominicâ tertiâ in Adventu, de nativitate regalis filiæ DD. Ludovici, filii DD. Ducis Andegavensis, Locumtenentis Regis Franciæ in lingua Occitana.

3.° Ejusdem sermo de officiis Prælatorum: initium desideratur.

4.° Ejusdem sermo in die benedictionis monialium.

Is codex manu recentiore exaratus est.

MCDLXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis de Montesono,* ordinis Fratrum Prædicatorum, dialogus quinque divisus libris, ad Cardinalem Reatinum, super schismate Ecclesiæ orto tempore Urbani VI. Papæ.

2.° Ejusdem informatorium de schismate pro Urbano VI. contra Clementem VII.

3.° Ejusdem correptorium contra epistolam fundamenti schismatis.

4.° Ejusdem scopus septuaginta duarum conclusionum ad peragrandam viam Ecclesiæ à devio triviali, ad Bonifacium, Papam IX.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

MCDLXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is est titulus: Mirra electa utilis ad putredinem præsentis schismatis destruendum & annullandum, & ad sublimitatem & potestatem Ecclesiæ manifestandum, & ad quosdam alios errores crescentes & Ecclesiam maculantes elidendum & enervandum: compilatus per Fratrem *Robertum,* ordinis Prædicatorum, Episcopum Senecensem, sacræ paginæ Professorem conventus Marologii Mimatensis diœcesis: præmittitur epistola nuncupatoria ad Clementem, Papam VII.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCDLXVIII.

Codex membranaceus, quo continetur *Roberti,* Senecensis Episcopi, tractatus secundus de schismate quod Clementem VII.

inter & Bartholomæum Antipapam intercesserat: author Clementis VII. partes sequitur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MCDLXIX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Flandrini*, Vivariensis, Cardinalis S. Eustachii, tractatus de Papatu, sive de facto schismatis & impressionis, pro Clemente VII. contra electionem Urbani VI.

2.° Littera directa eidem Cardinali, pro parte Archiepiscopi Toletani, super facto præsentis schismatis, anno 1380.

3.° *Petri Flandrini* responsum ad prædictam litteram, eodem anno scriptum.

4.° *Petri de Barreria*, Cardinalis Eduensis, tractatus de schismate, adversùs Joannem de Lignano defensorem partium Urbani VI.

5.° *Joannis*, Abbatis sancti Vedasti, posteà Episcopi Carnotensis, tractatus de planctu bonorum, adversùs Joannem de Lignano.

6.° *Petri*, Magistri Palatii, tractatus responsivus ad rationes quorumdam Theologorum contra dominum Clementem & pro B. facientes.

7.° Tractatus *Petri Amelii*, Cardinalis Ebredunensis, super materia Concilii generalis habendi vel non habendi in negotio schismatis hodie currentis.

8.° Epistola Ecclesiæ ad Regem Francorum, in causa schismatis, data in Inferno vivorum.

9.° *Joannis de Florentia* epistola de facto schismatis, ad Ludovicum, Ducem Andegavensem.

10.° Factum intrusionis Bartholomæi in papatu, traditum per DD. Cardinales Florentinum & Mediolanum, aliis Cardinalibus in Nicia cum eis constitutis.

11.° Ambassiatorum Urbani VI. oratio ad Regem Castellæ, seu pars orationis à *Francisco Faventino* habitæ in conventu Medinensi.

12.° Allegata *D.* Episcopi Ambianensis *(Joannis Rolandi)* pro D. Clemente in facto schismatis, coram Rege Castellæ.

13.° Probata coram Rege Castellæ pro parte collegii & D. Clementis, contra Bartholomæum intrusum.

14.° Declaratio *Joannis*, Regis Castellæ, contra Urbanum VI. intrusum.

15.° *Francisci de Siclenis*, unius ex Ambassiatoribus Urbani VI. epistola ad eumdem Regem pro Urbano.

16.° Responsio *Ewrardi de Tremaugen*, Britonis, Ambassiatoris Regis Franciæ & Nuncii ad D. Regem Castellæ, facta apud Medinam del Campo, coram dicto Rege, pro parte Clementis VII. & contra Bartholomæum intrusum.

17.° Quæstiones disputatæ coram Rege Castellæ, super facto schismatis.

18.° Allegationes D. *Bonifacii de Amanatis* coram D. Rege Castellæ & toto consilio apud Medinam del Campo, super facto schismatis.

19.° Allegationes D. *Petri de Tury*, Custodis Lugdunensis, factæ in capella Regis Castellæ tunc absentis, pro parte Clementis VII. contra Bartholomæum intrusum, de & super facto schismatis.

20.° Allegationes, ut dicitur, Cardinalis *de Luna*.

21.° Novæ allegationes D. *Joannis de Lignano*.

22.° Rationes Anglicorum, & responsiones ad illas.

23.° Allegationes D. *Raymundi Bernardi Flamench*, factæ coram Rege Bohemiæ, pro parte Clementis VII. Pragæ, anno 1383.

24.° Litteræ *Wenceslai*, Regis Romanorum, quibus committit Marchioni Moraviæ, Vicario generali, potestatem inquirendi quis amborum sit Papa, & ut eidem faciat obediri.

25.° Ejusdem litteræ quibus eidem committit potestatem reformandi ligam cum Rege Franciæ.

26.° Factum verum DD. Cardinalium.

27.° Sermo factus super & pro sedatione schismatis, per D. *Guidonem*, Cardinalem Pictaviensem, in synodo Cameracensi, anno 1383.

28.° Anglici Cardinalis, Episcopi Albanensis, declaratio pro veritate electionis Clementis VII.

29.° Tenor veri testamenti *Petri Flandrini*, quondam sancti Eustachii diaconi Cardinalis.

30.° Tenor falsati testamenti prædicti Cardinalis.

31.° Tractatus D. Præfecti de *Malatestis* de Arimino provinciæ Romandiolæ, Abbatis monasterii Sitriensis, pro Bartholomæo contra Clementem VII.

32.° Tractatus *Baldi de Perusio* contra Clementem VII.

33.° Tertiæ & ultimæ allegationes *Joannis de Lignano*, valdè venenosæ.

34.° Tenor litterarum directarum clero Romano ab Anticardinalibus Bartholomæi.

35.° Anonymi allegationes super facto electionis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCDLXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Epistola *Petri Tenorii*, Archiepiscopi Toletani, ad Petrum Flandrini, Cardinalem sancti Eustachii, super facto electionis Bartholomæi.

2.° Epistola responsiva *Petri Flandrini*, sancti Eustachii Diaconi Cardinalis, ad Archiepiscopum Toletanum.

3.° Allegationes D. *Baldi de Perusio* pro Urbano VI.

4.° Responsio *Innocentii VII.* facta super salvo conductu Florentinorum petito ab eo pro Ambassiatoribus Benedicti XIII.

5.° Articulus confœderationis Regis Franciæ & Florentinorum, super facto Ecclesiæ.

6.° Tractatus *Joannis de Lignano* super fletu Ecclesiæ.

7.° Declaratio *Joannis*, Regis Castellæ & Legionis, pro Clemente VII.

8.° Declaratio *Joannis*, Regis Aragonum, pro eodem.

9.° Declaratio universitatis Parisiensis pro eodem,

10.° Tituli quæstionum super quibus fuit disputatum in Hispania, circa factum schismatis.

11.° Tertiæ & ultimæ allegationes *Joannis de Lignano*.

12.° Rationes Anglicorum & responsiones ad illas.

13.° Depositiones sex Cardinalium in facto impressionis.

14.° Declaratio *Simonis de Brossano*, Cardinalis Mediolanensis, cum in extremis versaretur, super facto schismatis.

15.° Casus glossatus per dominum Florentinum Cardinalem.

16.° Tractatus D. *Roberti de Frouzola*, Januensis, pro Urbano VI. adversùs tractatum Petri Flandrini, Cardinalis sancti Eustachii, anno 1405.

17.° Tractatus D. *Raymundi Bernardi Flamench*, Consiliarii Regis Franciæ & D. Ducis Andegaviæ; sive allegationes pro Clemente VII. factæ Pragæ coram Rege Bohemiæ, anno 1383.

18.° Littera missa contra Cardinales, per Magistrum *M.* Neapolitanum, Barensem, de ordine Prædicatorum, super impressiva electione, facta in Urbe de Bartholomæo.

19.° *Petri Flandrini*, sancti Eustachii Diaconi Cardinalis, responsio ad supradictam epistolam.

20.° *Bertrandi de Acromonte* tractatus adversùs Bartholomæum intrusum.

21.° *Vincentii Ferrarii*, ordinis Fratrum Prædicatorum, tractatus de moderno Ecclesiæ schismate.

22.° Allegationes D. *Bertrandi de Acromonte* pro Clemente VII.

23.° Scedula oblata à Cardinalibus in sessione quadragesima concilii Constantiensis, super electione Papæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MCDLXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus de Concilio generali in causa schismatis: *Utrùm scilicet pro sedatione occurrentis schismatis sit generale Concilium celebrandum:* in decem articulos dividitur, quorum singuli subjecta habent capitula.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCDLXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Decretum Universitatis Parisiensis de legitima electione Clementis VII.

2.° *Petri Flandrini*, Vivariensis, Doctoris decretorum, & Diaconi Cardinalis sancti Eustachii, tractatus de Papatu, sive de facto schismatis & impressionis, pro Clemente VII. adversùs electionem Urbani VI.

3.° *Petri*, Cardinalis Ebredunensis, quæstio: *Utrùm super facto schismatis per universale Concilium procedere expediat.*

4.° Tractatus Archiepiscopi Toletani super discordia populi.

5.° *Petri de Barreria*, Cardinalis Eduensis, responsio adversùs tractatum Joannis de Lignano.

6.° *Joannis Fabri*, Abbatis sancti Vedasti, tractatus de planctu bonorum, conscriptus pro Clemente VII. adversùs tractatum de fletu Ecclesiæ, à Joanne de Lignano compositum in gratiam Urbani VI.

7.° *Joannis de Constantia* consilium datum Clementi VII. de remediis adversùs gravamina totius Germaniæ cleri.

8.° *Raymundi Bernardi Flamingi*, Militis, Consiliarii D. Regis Franciæ & D.

Ducis Calabriæ & Andegaviæ, oratio ad Cæsarem super facto schismatis pro Clemente VII. & contra Bartholomæum intrusum.

9.° Las preguntas del tiempo ante que entrassen en el conclave o despues del conclave.

10.° *Petri de Luna*, Cardinalis, oratio ad Regem Castellæ pro Clemente VII.

11.° Fragmenta cujusdam sermonis, Hispanico idiomate, dicti Pampilonæ, cùm, jubente Rege Navarræ, obedientia facta est Clementi VII.

12.° Memoriale pro illis qui in diœcesi Pampilonensi confessiones audient, seu habent proponere Verbum Dei, quòd in confessionibus & prædicationibus moneant obediendum esse Clementi VII.

Is codex vergente sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MCDLXXIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur acta in civitate Pisana anno 1409. pro unione Ecclesiæ inter Cardinales Pisis agentes & Carolum Malatestam.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCDLXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de novo subschismate.

2.° Impugnatio præcedentis tractatus, edita per *Guillelmum Ortolani*, Episcopum Ruthenensem.

3.° Tractatus de Concilio generali, quæ est una pars de principalibus quæstionibus contentis in tractatu de novo subschismate.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCDLXXV.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Allegationes super dubiis ex scedula conclavis motis & exortis post obitum Clementis VII.

2.° Quæstiones missæ de Parisiis ex parte Universitatis.

3.° Allegationes Universitatis Oxoniensis in Anglia pro Bonifacio IX. contra Benedictum XIII. anno 1395.

4.° *Martini de Salva*, Presbyteri Cardinalis S. Laurentii in Lucina, Episcopi Pampilonensis, allegationes pro Benedicto XIII.

5.° Allegationes *Heliæ de Letrangis*, Episcopi Aniciensis, reprobantes viam cessionis solius D. Papæ Benedicti XIII. per quosdam apertam.

6.° *Radulphi de Ulmonte* allegationes super facto schismatis.

7.° Allegationes *Petri de Muris*, tenentis quòd non debet fieri subtractio obedientiæ Benedicto XIII.

8.° *Simonis de Cramaud*, Patriarchæ Alexandrini, tractatus de materia subtractionis obedientiæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MCDLXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus pro Benedicto XIII. adversùs Alexandrum V. & concilium Pisanum.

2.° Galli cujusdam, sive *Guillelmi Ortolani*, Episcopi Ruthenensis, refutatio superioris tractatus.

3.° Anonymi defensio adversùs Episcopum Ruthenensem.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCDLXXVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Narratio de rebus à Roberto Eremita, Anglo, Romæ & Avenione gestis pro extinguendo schismate, Benedicti XIII. temporibus.

2.° Difficultates propositæ occasione Concilii quod proponebatur ad finiendum schisma inter Benedictum XIII. & Gregorium XII.

3.° Epistola scripta à Cardinalibus in civitate Pisana consistentibus.

4.° Epistola scripta è concilio Pisano à *Roberto*, Priore Celsiniarum, ad Raymundum de Cadœna, Abbatem Cluniacensem: accedit Abbatis Cluniacensis responsum.

5.° Quinque epistolæ quorumdam Priorum ordinis Cluniacensis ad eorum Abbatem, quibus se excusant quòd non possunt proficisci ad concilium Constantiense, prout eis mandatum fuerat.

6.° De forma & ordine Concilii, & de rebus ad Concilium pertinentibus.

7.° Decreta concilii Constantiensis de numero & qualitate Cardinalium, de reservatione & collatione beneficiorum, de annatis & communibus servitiis, de causis

in curia Romana tractandis, de commendis, de hospitalibus, de xenodochiis & leprosariis, & de Indulgentiis.

8.° Epistola *Raymundi*, Abbatis Cluniacensis, ad concilium Constantiense, reddentis rationes cur nequeat ire ad Concilium.

9.° Prioris & conventus Cluniacensis epistola ad idem Concilium, de morte Raymundi sui Abbatis.

10.° Rationes pro unionibus de Cuziaco, de Immonte & sancti Amantii revocandis, missæ per dominum Joannem de Vinzellis de curia Romana.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

MDCCCIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* prologi in omnes Veteris & Novi Testamenti libros.

2.° Brevissimæ lectiones Sanctorum festivitatum & Dominicarum per totum annum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MDCCCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* quæstiones in Genesim.

2.° Sancti *Augustini* libri duodecim de Genesi ad litteram.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

MDCCCV.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* expositio in Job.

2.° Sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri duo: secundi finis desideratur.

3.° Passio sancti Benigni, Presbyteri.

4.° Lectiones duodecim de omnibus Sanctis.

5.° *Gregorii*, Turonensis, testimonia de sancto Benigno, & cæteris apud Divionem locatis sanctis.

6.° Vita sancti Romani, Rothomagensis Episcopi: præfixus prologus; subjecta verò Rothomagensium Episcoporum nomina.

7.° Vita sanctæ Mariæ Ægyptiæ.

8.° Sancti *Augustini* sermo de lapsu monachi & viduæ.

9.° Narratio de virgine, quæ, visis parentibus, altero felici, altero duris cruciatibus oppresso, vitam egit solitariam.

10.° Sancti *Augustini* soliloquiorum libri duo: initium & finis desiderantur.

Is codex partim undecimo, partim decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* commentarius in Psalmos Davidis.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Ecclesiasten.

2.° Ejusdem expositio in Evangelium Marci.

3.° Excerptum è libro decimo tertio confessionum sancti Augustini.

4.° Sancti *Augustini* confessionum libri tredecim.

5.° Psalmi *Davidis:* finis desideratur.
Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCVIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:
1.° Sancti *Hieronymi* homiliæ duodecim in Canticum canticorum.
2.° Ejusdem expositio in Jeremiam Prophetam, in libros sex tributa.
3.° Ejusdem dialogus contra Luciferianos.
4.° Ejusdem epistola ad Ctesiphontem, contra Pelagianos.
5.° Ejusdem dialogi tres contra Pelagium, Monachum.
6.° *Orosii* liber apologeticus, contra Pelagii hæresim.
Is codex, in monasterio sancti Amandi quondam asservatus, decimo tertio sæculo videtur exaratus.

MDCCCIX.

Codex membranaceus, olim Abbatiæ Moissiacensis, nuper verò comparatus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* commentarius in Isaïam Prophetam.
Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

MDCCCX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* commentarius in Isaïam.
Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* commentarius in Isaïam: initium & finis desiderantur.
Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MDCCCXI. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentariorum in Isaïam libri quinque posteriores: decimi quarti initium desideratur; ad calcem subjicitur fragmentum de figuris dictionis.
Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* explanationum in Isaïam Prophetam libri duodeviginti.
Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXIII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:
1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Isaïam.
2.° Sermo in ascensionem Domini: authore *Bernardo Iterii.*
Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentariorum in Isaïam libri duodeviginti: ad calcem legitur: *Explicit expositio Domini Arnaldi, Abbatis, super Isaïam:* mendosè.
Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* explanationum in Isaïam libri decem.
Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:
1.° Sancti *Hieronymi* commentariorum in Isaïam libri decem priores: primi initium desideratur.
2.° Exceptiones ex operibus sancti Gregorii, Papæ, in selecta quædam Isaïæ capita.
Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXVII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:
1.° Sancti *Hieronymi* explanationum in Isaïam libri octo posteriores.
2.° Sancti *Ambrosii* de sacramentis libri septem.
3.° Sancti *Augustini* sermo de sacramento Altaris.
Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXVIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* explanationum in Isaïam libri octo posteriores.
Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MDCCCXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentariorum in Isaïam libri octo posteriores.

2.° Exceptiones ex opusculis sancti Gregorii, Papæ, in selecta quædam Isaïæ capita.

3.° Carmen de fuga vitiorum capitalium.

4.° Initium carminis de laudibus vini, & de vituperatione aquæ.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXX.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentariorum in Jeremiam libri sex.

Is codex characteribus Franco-Gallicis sæculo, ut videtur, nono exaratus est.

MDCCCXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in Jeremiam & Daniëlem.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentariorum in Jeremiam libri sex.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MDCCCXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in Jeremiam & Ezechiëlem: sub hujus finem nonnulla desiderantur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXIV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur sancti *Hieronymi* explanationes in Ezechiëlem: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

MDCCCXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* commentarius in Ezechiëlem: sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

MDCCCXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentariorum in Ezechiëlem libri quatuordecim: præmittitur ejusdem ad Paulinum epistola de omnibus divinæ historiæ libris.

2.° Exceptiones ex opusculis sancti Gregorii, Papæ, in selecta quædam Ezechiëlis capita.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* expositio super Ezechiëlem & Daniëlem.

2.° Ejusdem quæstiones Hebraïcæ super Genesim.

3.° Ejusdem liber de decem tentationibus filiorum Israël in Exodo.

4.° Ejusdem liber super cantico Deboræ in libro Judicum.

5.° Ejusdem quæstiones in libros Regum.

6.° Ejusdem quæstiones in proverbia Salomonis.

7.° Ejusdem commentarius super Threnos Jeremiæ.

8.° Ejusdem descriptio Hebraïcarum litterarum.

9.° Ejusdem interpretatio nominum Hebraïcorum.

10.° Ejusdem liber de locis.

11.° Ejusdem ad Pammachium liber de optimo genere interpretandi.

12.° Ejusdem liber adversùs Helvidium, de perpetua virginitate sanctæ Mariæ.

13.° Ejusdem catalogus virorum illustrium.

14.° *Gennadii*, Massiliensis, liber de eodem argumento.

15.° Venerabilis *Bedæ* commentarii de nominibus regionum, in actis Apostolorum memoratarum.

16.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Ecclesiasten.

17.° Ejusdem commentarius in epistolas Pauli ad Galatas, ad Ephesios, ad Titum & ad Philemonem.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXVIII.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in Ezechiëlem, Prophetam: ad calcem occurrit *Isaaci*, Abbatis, epistola ad Joannem, Pictaviensem Episcopum, ubi de sacro canone.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Daniëlem, Prophetam: finis desideratur.

2.° Venerabilis *Bedæ* liber de ratione temporum.

3.° Ejusdem commentarius in septem epistolas canonicas.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* commentarius in Prophetas minores.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MDCCCXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in duodecim Prophetas minores: præmittitur fragmentum epistolæ sancti *Augustini* ad Consentium, de Trinitate.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXXII.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur sancti *Hieronymi* explanationes in sex primos Prophetas minores.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXXIV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* in Ozeam explanationum libri tres.

2.° Ejusdem in Amos explanationum libri totidem.

3.° Ejusdem commentarius in Abdiam; verùm imperfectus.

4.° Vita sancti Valerici, Lemovicensis.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXXV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Oseam, Jonam, Nahum, Abdiam, Zachariam, Michæam, Habacuc, Sophoniam, Aggæum & Malachiam: in Michæa non pauca desiderantur.

2.° Sancti *Isidori*, Hispalensis Episcopi, de ortu & obitu Prophetarum liber.

3.° Officium sanctæ Crucis.

4.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Daniëlem: finis desideratur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MDCCCXXXV. *A*.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi*, Stridonensis, commentarii in Osee, Joël, Amos, Abdiam & Jonam.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

MDCCCXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in Joël, Abacuc, Jonam, Zachariam, Michæam & Malachiam.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXXVII.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in Prophetas Abdiam, Sophoniam, Aggæum, Zachariam & Malachiam.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* explanationes in Jonam, Abdiam, Zachariam & Malachiam: in Jona initium, in Malachia finis desiderantur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXXXIX.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, postea Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Jonam, Nahum & Sophoniam.

2.° Anonymi sermo de conceptione beatæ Mariæ: desiderantur nonnulla.

3.° Sancti *Hieronymi*, sive potiùs *Philippi*, Presbyteri, liber tertius in Job.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MDCCCXL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in Michæam, Abacuc, Zachariam, Joël, Jonam & Malachiam.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLI.

Codex membranaceus, olim Ulrici Obrechti, Argentinensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentariorum in Matthæum libri quatuor.

2.° Interpretatio paucorum Evangelii sermonum: authore anonymo.

3.° Historia quatuor Evangeliorum.

4.° Hebraïcorum nominum, quæ in genealogia Salvatoris leguntur, interpretatio ex Hieronymo & Augustino desumpta: finis desideratur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continetur sancti *Hieronymi* in Matthæi Evangelium commentarius.

Is codex partim undecimo, partim duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Evangelium Matthæi.

2.° Ejusdem commentarius in Daniëlem Prophetam.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MDCCCXLIV.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in Evangelium Matthæi: præfixus prologus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLV.

Codex membranaceus, quo continetur sancti *Hieronymi* expositio in Matthæum: præfixus prologus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLVI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* expositio in Matthæum: præfixus ejusdem prologus.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Matthæum.

2.° Ejusdem epistola ad Susannam lapsam.

3.° Ejusdem contra Jovinianum libri duo.

4.° Ejusdem apologia de libris suis contra Jovinianum.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Matthæum.

2.° Sancti *Augustini* sermo de disciplina Christianorum.

3.° Ejusdem liber de cura pro mortuis gerenda.

4.° *Hugonis de Sancto Victore* expositio in varios psalmorum versus.

5.° Variæ definitiones à diversis Doctoribus editæ.

6.° Sancti *Hieronymi* libri duo contra Jovinianum, hæreticum.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCXLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentariorum in Matthæum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MDCCCL.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* expositio in Evangelium Marci: præmittitur Anonymi epistola, ubi de explicatione verborum istorum; *Poterat enim istud unguentum venundari*, &c.

2.° Ejusdem libellus de essentia Divinitatis.

3.° Ejusdem commentarii in epistolas Pauli ad Galatas, ad Ephesios, ad Titum & ad Philemonem.

4.° *Pammachii* & *Oceani* epistola ad Hieronymum.

5.° *Rufini*, Presbyteri, præfatio in libros Origenis περὶ ἀρχῶν.

6.° Ejusdem apologia ad Anastasium, Papam.

7.° Sancti *Hieronymi* responsio ad Pammachium & Oceanum, contra Rufinum.

8.° Ejusdem ad Pammachium & Marcellam libri duo, contra Rufinum: subjecta ejusdem ad Rufinum epistola.

9.° *Rufini* contra Hieronymum libri duo.

10.° Sancti *Hieronymi* liber tertius contra Rufinum.

11.° Catalogus librorum bibliothecæ sancti Amandi.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Marcum.

2.° Venerabilis *Bedæ* commentarius in idem Evangelium.

3.° Sancti *Augustini* quæstiones in Matthæum & Lucam.

4.° Ejusdem commentariorum de Genesi ad litteram fragmentum.

5.° *Anselmi*, Cantuariensis, homilia in illud Lucæ: *Intravit Jesus in quoddam castellum.*

6.° Sancti *Hieronymi* ad Paulam & Eustochium epistola de Assumptione beatæ Mariæ.

7.° Genealogia beatæ Mariæ Virginis.

8.° Passio septem Dormientium.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentarius in Marcum.

2.° Sancti *Augustini* quæstiones in Matthæum & Lucam.

3.° Sancti *Hieronymi* ad Paulam & Eustochium epistola de Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MDCCCLIII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, postea Colbertinus. Ibi continetur sancti *Hieronymi* commentarius in epistolas Pauli.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

MDCCCLIV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* commentariorum in epistolam Pauli ad Galatas libri tres: præmittitur officium sanctæ Crucis, cum notis musicis; illud autem sæculo undecimo scriptum videtur.

2.° Ejusdem commentariorum in epistolam Pauli ad Ephesios libri tres.

3.° Ejusdem commentarius in epistolam Pauli ad Titum.

4.° Ejusdem commentarius in epistolam Pauli ad Philemonem.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

MDCCCLV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* commentarii in epistolas Pauli ad Galatas, ad Ephesios, ad Titum & ad Philemonem.

Is codex in monasterio sancti Amandi quondam asservatus, decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLVI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* expositio in epistolas Pauli ad Titum & ad Philemonem.

2.° Ejusdem liber de viris illustribus.

3.° Ejusdem liber de duodecim Lectoribus.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCLVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur sancti *Hieronymi* explanationes in epistolas Pauli ad Philemonem, ad Galatas & ad Ephesios: ad calcem occurrunt 1.° anonymus de calumnia toleranda; 2.° versus de Melchisedech, quòd fuerit typus Christi.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* liber Hebraïcarum quæstionum.

2.° Ejusdem liber locorum.

3.° Ejusdem adversùs Helvidium libri de perpetua virginitate beatæ Mariæ Virginis.

4.° Ejusdem ad Pammachium epistola de optimo genere interpretandi.

5.° Ejusdem liber de viris illustribus.

6.° *Gennadii*, Massiliensis, liber de viris illustribus.

7.° Expositio canonis missæ: authore anonymo.

8.° Sermo è variis Augustini, Leonis & Gregorii locis; utrùm sub figura, an sub veritate mysticum fiat calicis sacramentum.

9.° Sententiæ de corpore Christi in sacramento altaris, ex Hieronymo, Ambrosio & Augustino collectæ.

10.° *Berengarii* epistola ad Lanfrancum.

11.° Ejusdem ad Richardum epistola.

12.° *Lanfranci* epistola ad Berengarium, ubi de sacramento altaris.

13.° *Hugonis,* Episcopi Lingonensis, epistola ad Berengarium de eodem argumento.

14.° Oratio Dominica, hymnus Angelorum, & Ephesini Concilii symbolum fidei: Latinè & Græcè, sed Latinis characteribus.

15.° Magistri *Hugonis* sermo de disciplina morum.

16.° *Symmachi,* viri Consularis, epistolæ familiares.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLIX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* interpretatio nominum Hebraïcorum cùm Veteris, tùm Novi Testamenti.

2.° Ejusdem ad Damasum, Papam, epistola de optimo genere interpretandi.

3.° Ejusdem epistola de vita sacerdotali secundùm Hebræos.

4.° Ejusdem epistola de Esoth.

5.° Ejusdem epistola de diversis nominibus, quæ in usu habentur: finis desideratur.

Is codex, in quo non pauca folia loco suo mota, duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* vocum Hebraïcarum, quæ in sacris Scripturis occurrunt, interpretatio.

2.° Isagoge ad moralem philosophiam.

3.° *Senecæ* liber de quatuor virtutibus.

4.° Excerpta ex Oratoribus & Poëtis.

5.° Anonymi tractatus de iis, quæ in libris sacris vel ad ædificationem proximi, vel ad defensionem Catholicæ fidei conducunt.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* vocum Hebraïcarum, quæ in libris Veteris & Novi Testamenti occurrunt, interpretationes ordine alphabetico digestæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° *S. Hieronymi* ad Damasum, Papam, liber de frugi & luxurioso filiis.

2.° Ejusdem epistola de resurrectione carnis.

3.° *Pammachii* & *Oceani* epistola ad Hieronymum, & *Hieronymi* ad ipsos responsum.

4.° Fragmentum è libro secundo retractationum sancti *Augustini.*

5.° *Isidori,* Hispalensis Episcopi, chronicon ab initio mundi ad Heraclium usque deductum.

6.° Sancti *Augustini* ad Hieronymum liber de origine animæ.

7.° Idem de sententia Jacobi Apostoli, *Si quis totam legem servaverit.*

8.° Sancti *Hieronymi* ad sanctum Augustinum epistola.

9.° Ejusdem ad Marcellam epistolæ quinque de Hebraïcis verbis, quæ in Latino non habentur expressa.

10.° Ejusdem ad Tranquillinum epistola, quomodò legendus sit Origenes.

11.° Ejusdem psalterium, quod dicitur abbreviatum.

12.° Ejusdem ad Innocentium epistola de muliere septies percussa.

13.° *Alcuini* dialogus de libro Geneseos: ad calcem hujusce operis hæc legas; *Hic est liber sancti Maximini monasterii, quem Petrus Abbas scribere jussit, & die sanctæ Cœnæ Domini cum salutari hostia super sanctum altare sancti Stephani, primi in Christo Martyris, Deo & S. Maximino habendum obtulit, sub hujusmodi voto; ut quisquis eum de isto loco non redditurus abstulerit, cum Juda proditore, Anna & Caïpha atque Pilato damnationem accipiat.*

14.° Anonymi commentarius in disticha Catonis.

15.° Glossæ in Theoduli eclogas.

16.° Thobias versibus expressus à *Matthæo,* Vindocinensi.

17.° Fragmentum de septem peccatis mortalibus.

18.° Anonymi duodecim epistolæ familiares, nullius momenti.

19.° Anglorum Regis epistola ad suos Barones, ut bellum Francorum Regi inferant.

20.° *B.* Abbatis sancti Basoli ad Petrum, Archiepiscopum Remensem, epistola; & *Petri* ad ipsum responsio.

Hujusce codicis pars nono sæculo, pars decimo quarto exarata videtur.

MDCCCLXIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* liber de frugi & luxurioso filiis.

2.° Ejusdem liber de resurrectione carnis.

3.° *Pammachii* & *Oceani* ad Hieronymum epistola de transferendo libro Origenis περὶ ἀρχῶν, & *Hieronymi* ad illos responsum.

4.° Sancti *Augustini* fragmentum è libro secundo retractationum, capitulo 72.

5.° *Isidori,* Hispalensis Episcopi, chronicon ab Adamo ad Heraclium usque deductum.

6.° Sancti *Augustini* ad Hieronymum liber de origine animæ.

7.° Idem de illa sententia Jacobi Apostoli: *Si quis totam legem servaverit.*

8.° Sancti *Hieronymi* epistola ad sanctum Augustinum.

9.° Ejusdem ad Marcellam epistolæ quinque de Hebraïcis verbis, quæ in Latino non habentur expressa.

10.° Ejusdem ad Tranquillinum epistola, quomodò legendus sit Origenes.

11.° Ejusdem psalterium, quod dicitur abbreviatum.

12.° Ejusdem epistola ad Innocentium de muliere septies percussa.

13.° *Albini,* seu *Alcuini* dialogus de libro Geneseos.

14.° Sancti *Hieronymi* epistola ad Ctesiphontem Urbicium.

15.° Ejusdem dialogus cum Pelagio, Monacho.

16.° *Orosii,* Presbyteri, liber apologeticus.

17.° Sancti *Hieronymi* ad Sunniam & Fretellam epistola de psalterio.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* libellus de nativitate beatæ Mariæ Virginis.

2.° Passio sancti Firmini, Ambianensis Episcopi.

3.° Inventio & translatio corporis ejusdem.

4.° Revelatio sancto Stephano, Papæ, ostensa de consecratione altaris sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, quod est situm ante sepulchrum sancti Dionysii & sociorum ejus.

5.° Revelatio sancti Dionysii & sociorum ejus.

6.° Revelatio sancti Nigasii & sociorum ejus.

7.° Acta sancti Lucæ Evangelistæ.

8.° *Severi Sulpitii* liber de vita sancti Martini, cum præfatione ad Desiderium.

9.° Ejusdem epistola ad Eusebium, Presbyterum, contra æmulos virtutum sancti Martini.

10.° Ejusdem epistola ad Aurelium, Diaconum, de obitu & apparitione sancti Martini.

11.° Ejusdem epistola ad Bassulam, socrum suam, de obitu sancti Martini.

12.° Sancti *Gregorii,* Turonensis, narratio de transitu ejusdem.

13.° *Severi Sulpitii* dialogorum libri tres de vita & virtutibus sancti Martini.

14.° *Gregorii,* Turonensis, narratio de virtutibus sancti Martini.

15.° Passio Mennæ.

16.° Passio sancti Eugenii, Episcopi Toletani.

17.° Vita sancti Bricii, Episcopi Turonensis.

18.° Vita sanctæ Catharinæ.

19.° *Gregorii,* Turonensis, fragmentum de miraculis sancti Andreæ Apostoli.

20.° Miracula sancti Andreæ Apostoli.

21.° Passio ejusdem.

22.° Vita sancti Nicolai, Myrensis Episcopi: authore *Joanne,* Diacono.

23.° Ejusdem translatio.

24.° Passio sanctæ Eulaliæ, Virginis.

25.° Passio sanctæ Luciæ, Virginis.

26.° Passio sanctorum Fusciani, Victorici & Gentiani.

27.° Passio sancti Thomæ Apostoli.

28.° Passio sanctæ Luciæ, Virginis.

29.° Passio sancti Judoci.

30.° Passio sancti Gregorii.

31.° Passio sanctæ Eugeniæ, Virginis.

32.° Passio Marini pueri.

33.° Vita sancti Ebrulfi, Abbatis.

34.° Passio sancti Clementis, Papæ.

35.° Vita sancti Bernardi, Clarævallensis Abbatis, quinque libris digesta: primi author est *Guillelmus,* Abbas sancti Theodorici; secundi *Ernaldus,* Abbas Bonævallis; trium posteriorum, *Godefridus,* Abbas.

36.° Vita sancti Anselmi, Cantuariensis Archiepiscopi: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Regula sancti *Hieronymi:* præfixus capitum index.

2.° Ejusdem testamentum.

3.° Ejusdem transitus.

4.° Ejusdem libellus de membris Domini.

5.° Vita sancti Hieronymi, ex Augustini

& aliorum Sanctorum operibus excerpta.

6.° Ejusdem missa votiva.

7.° Versus totius Scripturæ materiam repræsentantes.

8.° Speculum Ecclesiæ: authore anonymo.

9.° Anonymus de vivendi ratione in diversis conditionibus.

10.° Tractatus de confessione.

11.° *Andreæ,* Monachi Hispani, tractatus de confessione generali.

12.° Anonymus de quinque sensibus.

13.° Quædam ad moralem spectantia.

14.° Vita sancti Gregorii, Papæ: authore *Joanne,* Diacono; præfixus capitum index.

15.° Anonymi tractatus de oratione Dominica.

16.° Sancti *Gregorii,* Papæ, dialogorum libri quatuor.

17.° Ejusdem liber, qui dicitur Pastoralis.

18.° Ejusdem homiliæ quadraginta in Evangelia.

19.° Ejusdem expositio in Canticum canticorum.

Is codex non unius librarii manu sæculo, ut videtur, decimo quinto exaratus est.

MDCCCLXVI.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ: initio quædam desiderantur; ad calcem verò subjicitur hymnus in laudem sancti Florentini, Martyris.

Is codex in monasterio Micianensi quondam asservatus, anno 887. exaratus est.

MDCCCLXVII.

Codex membranaceus, olim Ulrici Obrechti, Argentoratensis. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ: finis desideratur.

Is codex nono sæculo videtur exaratus.

MDCCCLXVIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ, inter quas ejusdem & sancti *Augustini* epistolæ mutuæ: finis desideratur.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ, quas inter anonymi disputatio de ratione animæ: porro in ea disputatione citantur Augustinus & Hieronymus.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXX.

Codex membranaceus, primùm Thuanæus, postea Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ: præmittuntur *Pontii Pilati* ad Claudium litteræ de Jesu Christo; necnon Hieronymi epistolarum index.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Pammachii* & *Oceani* epistola ad Hieronymum: sequitur *Hieronymi* responsum.

2.° Ejusdem ad Pammachium & Marcellam contra accusatorem defensio: sive libri duo contra Jovinianum.

3.° Ejusdem epistola ad Rufinum.

4.° *Rufini,* Presbyteri, præfatio in librum Origenis περὶ ἀρχῶν.

5.° Ejusdem apologia ad Anastasium, Papam.

6.° Sancti *Hieronymi* epistola contra Rufinum.

7.° *Rufini* contra Hieronymum libri duo.

8.° Plebis Fiscannensis ad Guillelmum, Angliæ Regem, epistola, ut Vicecomitis exactiones coërceat.

9.° Precatio ad Deum.

10.° Folia aliquot nono sæculo scripta, ubi fragmentum vitæ sancti Mauri.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXIII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* ad Eustochium epistola de virginitate servanda.

2.° Ejusdem epistola ad Heliodorum.

3.° Ejusdem epistola ad Nepocianum.

4.° Ejusdem epistola ad Præsidium.

5.° Ejusdem epistola ad Paulum, Presbyterum, de studio litterarum.

6.° Ejusdem epistola ad matrem & ad filiam.

7.° Ejusdem epistola de Melchisedech.

8.° Ejusdem epistola ad Paulinum.

9.° Ejusdem epistola ad Rusticum.

10.° Ejusdem epistola ad Furiam.

11.° Ejusdem contra Jovinianum libri duo.

12.° Ejusdem ad Pammachium apologeticus librorum adversùs Jovinianum.

13.° Ejusdem homilia de Seraphim.

14.° Ejusdem epistola ad Marcum, Presbyterum.

15. Ejusdem homiliæ de adventu Domini.

16.° Fragmenta philosophica.

17. Fragmentum de sensibus sacræ Scripturæ.

18.° Vita sanctæ Marcellæ: authore *Hieronymo*.

Is codex anno 1114. exaratus est.

MDCCCLXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MDCCCLXXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ octoginta priores: præfixus illarum index.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXVI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ quadraginta quatuor: præfixus illarum index; epistolæ quadragesimæ quartæ finis desideratur.

Is codex in monasterio sancti Martini Tornacensis quondam asservatus, duodecimo sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Exemplum ex epistola *Hieronymi*, Presbyteri, ad Nepotianum de vita Clericorum.

2.° Ejusdem epistola ad Rusticum, Monachum.

3.° Excerptum ex ejusdem epistola ad Heliodorum; quid distat inter Monachum & Clericum.

4.° Regula sancti *Augustini*.

5.° Ordo Canonicorum.

6.° Excerptum ex epistola *Hieronymi* ad Paulinum, Presbyterum, de institutione Clericorum.

7.° Excerpta quædam ex ejusdem operibus.

8.° *Leonis IX.* Papæ epistola adversùs Monachos testamentorum captatores & invadentes in ministeria ecclesiastica.

9.° Fragmentum epistolæ *Innocentii III.* ad Exuperium, Episcopum Tolosanum.

10.° Quæstiones de litteris & libris, vel de singulis causis.

11.° Hymnus in Cathedra sancti Petri.

12.° Oratio in missa sancti Willelmi, Confessoris.

13.° Admonitio; quæ præcepta specialiter Monachis, quæ generaliter cæteris conveniant Christianis.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

MDCCCLXXVIII.

Codex membranaceus, à Domino Abbate de Rothelin donatus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* epistolæ.

2.° Vita monachi captivi, Malchi nomine: eodem authore.

3.° Anonymi disputatio de ratione animæ, interlocutoribus sanctis Augustino & Hieronymo.

Ad calcem hujusce codicis, decimo tertio, ut videtur, sæculo exarati, hæc leguntur: *Volumen istud epistolarum Hieronymi pertinet michi Ursino Tibout, & fuit michi donatum per reverendissimum in Christo patrem dominum Ludovicum de Haricuria, Patriarcham Jerosolymitanum atque Episcopum Bajocensem dignissimum, executorem principalem bonæ memoriæ Magistri Radulfi Bouverii, Vicarii generalis ejusdem reverendissimi patris, atque Cantoris & Canonici Bajocensis, & per alios executores Radulphum Bössel, sacræ Theologiæ Professorem, Guillelmum de Villeta, Legum Doctorem, Joannem Walten & Guillelmum de Carcaneis, Cantorem Bajocensem, &c. Facta fuit prædicta donatio anno Domini 1470. die 24. mensis Augusti.*

MDCCCLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ: finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ: finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ numero centum & duodecim: præfixus illarum index.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* epistolæ triginta: præfixus illarum index.

2.° Ejusdem liber Hebraïcarum quæstionum.

3.° Ejusdem liber nominum.

4.° Ejusdem liber locorum.

5.° Ejusdem explanatio in Daniëlem, Prophetam.

6.° Ejusdem liber de viris illustribus: præmittuntur præfatio & index virorum in eo opere memoratorum.

7.° Ejusdem ad Desiderium epistola de duodecim Scriptoribus.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ sexaginta, inter quas occurrunt *Theodoti* sententiæ, ab eodem translatæ: finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* epistola contra Helvidium de virginitate sanctæ Mariæ Virginis.

2.° Ejusdem epistola adversùs Vigilantium.

3.° Ejusdem epistola ad Riparium, Presbyterum.

4.° Ejusdem ad Riparium & Desiderium epistola, adversùs Vigilantium.

5.° Ejusdem epistola ad Avitum, ubi de erroribus qui in libro περὶ ἀρχῶν occurrunt.

6.° Ejusdem dialogus contra Luciferianos.

7.° Ejusdem liber contra Joannem, Hierosolymitanum Episcopum, & Rufinum, Origenis assertorem.

8. Ejusdem epistola ad Ctesiphontem.

9.° Ejusdem dialogi tres adversùs Pelagianos.

10.° *Orosii* liber apologeticus contra Pelagium.

11.° Sancti *Hieronymi* commentarii in Isaïam pagina prima.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* epistolæ.

2.° *Origenis* planctus: eodem interprete.

3.° Sancti *Hieronymi* expositio fidei ad Laurentium.

4.° Regula vivendi in monasteriis: eodem authore.

5.° Ejusdem tractatus de assumptione beatæ Mariæ Virginis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MDCCCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Antonii Faure. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ 296.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

MDCCCLXXXIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ numero centum & tres, inter quas *Hieronymi* & *Augustini* epistolæ mutuæ: ad calcem subjicitur index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MDCCCXC.

Codex membranaceus, quo continetur sancti *Hieronymi* epistolarum pars prima: præmittuntur 1.° *Theodori Lælii* præfatio & index rerum eo volumine comprehensarum; 2.° sancti Hieronymi vita: authore incerto; porrò inter Hieronymi epistolas passim occurrunt

1.° *Rufini* expositio symboli.

2.° Sancti *Augustini* libellus contra quinque hæreses.

3.° *Epiphanii* epistola ad Joannem Hierosolymitanum.

4.° *Theophili* epistola ad Hieronymum.

5.° *Epiphanii*, Episcopi, ad Hieronymum epistola.

6. *Rufini* præfatio in libros Origenis περὶ ἀρχῶν.

7.° *Pammachii* & *Oceani* epistola ad Hieronymum.

8.° *Rufini* apologia ad Anastasium, Papam, cum *Anastasii* responso.

9.° Ejusdem controversiarum in Hieronymum libri duo.

10.° Sancti *Augustini* ad Hieronymum epistola de origine animæ.

11.° Anonymi dialogus è scriptis Augustini & Hieronymi de origine animæ concinnatus.

12.° *Damasi*, Papæ, epistola ad Hieronymum de quinque quæstionibus.

13.° Idem de interpretatione *Hosanna.*

14.° Sancti *Augustini* ad Hieronymum epistolæ septem.

15.° *Petri Pauli Vergerii*, Justinopolitani, sermo in laudem sancti Hieronymi.

Is codex anno 1483. exaratus est.

MDCCCXCI.

Codex membranaceus, quo continetur beati *Hieronymi* epistolarum pars secunda: præfixus index accuratissimus; operum quæ passim in hac secunda parte inserta sunt is est ordo:

1.° *Damasi*, Papæ, ad Hieronymum epistola de psalterio.

2.° *Chromatii* & *Heliodori* epistola de martyrologio sub Hieronymi nomine vulgato.

3.° S. *Augustini* tractatus de Pastoribus.

4.° Ejusdem epistola ad Julianum.

5.° *Theophili*, Episcopi, ad Epiphanium epistola admonitoria.

6.° *Valerii* ad Rufinum epistola.

7.° *Eusebii*, Cremonensis, ad Damasum libellus supposititius, de vita & transitu sancti Hieronymi.

8.° Epistola de eodem argumento, sancto Augustino malè tributa.

9.° Epistola ad Augustinum de miraculis S. Hieronymi, Cyrillo etiam malè tributa.

Is codex anno 1484. exaratus est.

MDCCCXCII.

Codex chartaceus, olim Udalrici de Helmstat. Ibi continentur variæ sancti *Hieronymi* epistolæ: præfixus illarum index; ad calcem verò subjicitur fragmentum *Isidori* de consanguinitatis gradibus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MDCCCXCIII.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Hieronymi* epistolæ: ad calcem subjicitur index, ordine alphabetico dispositus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MDCCCXCIV.

Codex membranaceus, Ludovico XIV. à D. Francisco de Camps anno 1707. oblatus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ centum sexaginta duæ, inter quas ejusdem & *Augustini* epistolæ mutuæ: præfixus index.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MDCCCXCV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Hieronymi* epistolæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MDCCCXCVI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* epistolæ numero centum & novem.

2.° *Rufini*, Presbyteri, præfatio in libros Origenis περὶ ἀρχῶν.

3.° *Pammachii* & *Oceani* ad Hieronymum, & *Hieronymi* ad eosdem epistolæ.

4.° *Rufini* apologia ad Anastasium, Papam.

5.° Sancti *Hieronymi* ad Rufinium liber contra Rufinum.

6.° Abælardi apologia: authore *Berengario.*

7.° Ejusdem epistola ad Episcopum Mimatensem.

8.° Invectiva contra Carthusienses.

9.° Anonymi dialogus de Messia.

10.° *Petri Abælardi* confessio.

11.° *Valerii Maximi* dissuasiones ad Rufinum, ne ducat uxorem.

12.° Sanctorum *Augustini* & *Hieronymi* epistolæ mutuæ.

13. Excerpta è quibusdam sancti Hieronymi operibus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

MDCCCXCVII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* sermo in vespere sabbati Paschalis.

2.° *Bedæ* homilia de eodem argumento.

3.° Beati *Maximi* ſermones duo de die ſancto Paſchæ.

4.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia de eodem argumento.

5.° Beati *Maximi* ſermones duo de ſecunda feria feſti Paſchalis.

6.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in feria ſecunda feſti Paſchalis.

7.° *Bedæ* homilia in feria tertia Paſchatis.

8.° Sancti *Gregorii* homilia in quarta feria Paſchali.

9.° Ejuſdem homilia in quinta feria Paſchali.

10.° *Bedæ* homilia in ſexta feria Paſchali.

11.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in ſabbato ejuſdem hebdomadis.

12.° Sancti *Auguſtini* homilia de ſabbato poſt Paſcha.

13.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in Dominica in octava Paſchæ.

14.° *Bedæ* homilia in eandem diem.

15.° Beati *Maximi* ſermo de jejuniis Ninivitarum.

16.° Sancti *Auguſtini* ſermo de eodem jejunio.

17.° *Bedæ* homilia in litania majore dicta.

18.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in Dominica prima poſt octavam Paſchæ.

19.° *Bedæ* homilia in Dominica ſecunda poſt octavam Paſchæ.

20. Ejuſdem homilia in Dominica tertia poſt octavam Paſchæ.

21.° Sancti *Auguſtini* ſermo in natali ſanctorum Philippi & Jacobi.

22.° *Bedæ* homilia in Dominica quarta poſt octavam Paſchæ.

23.° Sancti *Auguſtini* homilia in vigilia Aſcenſionis Domini.

24.° Sancti *Leonis*, Papæ, ſermones duo in Aſcenſione Domini.

25.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia de eodem argumento.

26.° *Bedæ* homilia in Dominica prima poſt Aſcenſionem.

27.° Ejuſdem homiliæ in ſabbato Pentecoſtes.

28.° Sancti *Leonis*, Papæ, homiliæ duæ de eodem argumento.

29.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in Pentecoſten.

30.° Sancti *Leonis* ſermo in Pentecoſten: initium tantùm ſupereſt.

31.° Sancti *Auguſtini* homilia in feria ſecunda poſt Pentecoſten.

32.° Anonymi homilia in feria tertia.

33.° Anonymi homilia in feria quarta.

34.° Anonymi homilia in feria quinta.

35.° Paſſio ſanctorum Nerei & Achillei.

36.° Beati *Maximi* ſermones duo in feria ſexta.

37.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in Dominica ſecunda poſt Pentecoſten.

38.° Ejuſdem homilia in Dominica tertia poſt Pentecoſten.

39.° Ejuſdem homilia in Dominica quarta.

40.° *Bedæ* homilia in Dominica quinta.

41.° Ejuſdem homilia in Dominica ſecunda poſt Pentecoſten.

42.° Ejuſdem homilia in vigilia ſancti Joannis Baptiſtæ.

43.° Beati *Maximi* ſermones duo in natali ſancti Joannis Baptiſtæ.

44.° *Bedæ* homilia de eodem argumento.

45.° Ejuſdem homilia in vigilia ſancti Petri.

46.° Sancti *Leonis*, Papæ, ſermo de natalitiis ſanctorum Petri & Pauli.

47.° Beati *Maximi* ſermones quinque in eandem diem.

48.° *Bedæ* homilia in eandem diem.

49.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* ſermo in laudem ſancti Pauli.

50.° Sancti *Hieronymi* ſermo de eodem argumento.

51.° Sancti *Auguſtini* ſermo de eodem argumento.

52.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* ſermo de Davide.

53.° Ejuſdem ſermo de Abſalon.

54.° *Origenis* homilia in Dominica tertia poſt natalem Apoſtolorum.

55.° Sancti *Hieronymi* ſermo in Dominica quarta.

56.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in Dominica quinta.

57.° *Bedæ* homilia in Dominica ſexta.

58.° Beati *Maximi* ſermones tres in laudem ſancti Laurentii.

59.° Sancti *Auguſtini* homilia de eodem argumento.

60.° *Bedæ* homilia in Dominica prima poſt feſtum diem ſancti Laurentii.

61.° Ejuſdem homilia in Dominica ſecunda.

62.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* ſermones duo in decollationem S. Joannis Baptiſtæ.

63.° *Bedæ* homilia de eodem argumento.

64.° Ejuſdem homilia in Dominica tertia poſt diem feſtum ſancti Laurentii.

65.° Ejuſdem homilia in Dominica quarta.

66.° Ejuſdem homilia in Dominica quinta.

67.° Sancti

67.° Sancti *Ambrosii* sermo in Nativitatem beatæ Virginis.

68.° Beati *Maximi* sermones duo in natalem diem sancti Cypriani.

69.° *Bedæ* homilia in Dominica sexta post diem festum sancti Laurentii.

70.° Sancti *Leonis* sermo in quarta feria mensis septimi.

71.° *Bedæ* homilia in eandem diem.

72.° Sancti *Leonis* sermo in feria sexta.

73.° *Bedæ* homilia de Paralytico.

74.° Sancti *Leonis* sermo in sabbato mensis septimi.

75.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in eandem diem.

76.° *Bedæ* homilia in Dominica septima post sancti Laurentii festum.

77.° Beati *Maximi* homilia in Angelum custodem.

78.° S. *Joannis Chrysostomi* homilia in Dominica prima post festum Angeli custodis.

79.° S. *Hieronymi* homilia in Dominica secunda, ex ejus commentariis excerpta.

80.° Sancti *Gregorii*, Papæ, sermo de eodem die.

81.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Dominica tertia.

82.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in illud : *Dicebat Jesus turbis similitudinem hanc; simile factum est regnum cœlorum homini Regi.*

83.° Ejusdem homilia in illud : *Erat quidam Regulus.*

84.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in Dominica quarta post festum Angeli custodis.

85.° Sermo è S. Hieronymi commentariis excerptus, in illud : *Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc; simile factum est regnum cœlorum homini qui seminavit.*

86.° *Bedæ* homilia in diem festum sancti Martini.

87. Ejusdem homilia in Dominicâ sexta post festum Angeli custodis.

88.° Ejusdem homilia in vigilia sancti Andreæ.

89.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in natali sancti Andreæ.

90.° *Bedæ* homilia in festum S. Matthæi.

91.° Sancti *Augustini* homilia in vigiliis unius Apostoli.

92.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in natali unius Apostoli.

93.° Sancti *Augustini* homiliæ duæ de eodem argumento.

94.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in natali unius Sacerdotis.

95.° Beati *Maximi* sermo in festivitatem sanctorum Hilarii, Paulini Treverensis & Eusebii, Episcoporum.

96.° Ejusdem homilia de Confessoribus: conjectæ ad marginem notæ.

97.° *Bedæ* commentum in depositione unius Confessoris.

98.° Beati *Fulgentii* sermo legendus in die festo sancti Martini, vel alterius Confessoris.

99.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia de Confessoribus.

100.° Sermo in vigiliis unius Martyris, è commentariis S. Hieronymi excerptus.

101.° Sancti *Hieronymi* sermo in natali unius Martyris.

102.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia de eodem argumento.

103.° Sancti *Augustini* sermo in natali plurimorum Martyrum.

104.° *Bedæ* expositio in illud : *Descendens Jesus de monte.*

105.° Sancti *Ambrosii* sermo in natali plurimorum Martyrum.

106.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia de eodem argumento.

107.° Beati *Maximi* sermo in natali SS. Martyrum.

108.° Sancti *Gregorii*, Papæ, sermo de eodem argumento.

109.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de octo beatitudinibus.

110.° Beati *Joannis*, Episcopi, sermo in festivitate Martyrum.

111.° Sancti *Augustini* sermo in natali Virginum.

112.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homiliæ duæ de eodem argumento.

113.° Ejusdem homilia in natali sanctæ Felicitatis, sive aliarum Virginum.

114.° *Bedæ* homiliæ duæ in dedicatione ecclesiæ.

115.° Sancti *Augustini* sermo de eodem argumento.

116.° *Bedæ* homilia de eodem argumento, in illud Lucæ: *Egressus Jesus perambulabat Jericho.*

117.° Beati *Joannis*, Episcopi, sermo de jejunio Ninivitarum.

118.° Sancti *Augustini* sermo in depositionis anniversario.

119.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermones duo in jejunio decimi mensis.

120.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in natali sanctorum Simonis & Judæ.

121.° Anonymi homilia in natali unius Confessoris.

122.° Anonymi homilia in natali Doctorum Ecclesiæ.

123.° Sancti *Leonis,* Papæ, sermo in Circumcisionem.

Observandum est folio tertio reperiri conventiones duas Henrici de Brolio & aliorum, cum sancti Martialis monasterio sæculo undecimo initas.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

MCM.

Codex membranaceus, quo continetur index rerum præcipuarum in operibus sancti Hieronymi comprehensarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MCMI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tabula super epistolas sanctorum Hieronymi & Augustini, aliaque eorumdem opuscula.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MCMII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi index in varia sancti Hieronymi opera.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCMIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Andreæ,* Bononiensis, Hieronymianum, sive liber de laudibus sancti Hieronymi: non pauca initio desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

MCMIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus is est titulus: Hieronymianum, compositum per dominum *Joannem Andree,* Doctorem Bononiensem: initium desideratur.

2.° Tabula generalis per alphabetum super libris & epistolis sancti Hieronymi, Doctoris catholici totius Ecclesiæ sanctæ Dei.

3.° Ducentæ & tres authoritates beati Hieronymi, quæ canonisatæ sunt in aureo decretorum volumine, & in Dei Ecclesia pro canonibus sunt receptæ.

4.° Vita sancti Hieronymi, per beatum *Eusebium* edita per modum epistolæ directæ beato Damaso.

5.° Sancti *Augustini* epistola ad Erastum, de laudibus sancti Hieronymi.

6.° Beati *Cyrilli,* Jerosolymorum Patriarchæ, ad beatum Augustinum epistola de laudibus sancti Hieronymi.

7.° Vita sancti Hieronymi collecta ex tractatibus ejus, & sanctorum Augustini, Damasi, Gregorii, Gelasii, & aliorum Patrum, quæ legitur & cantatur in basilica sanctæ Mariæ Majoris in urbe Roma, ubi sacrum corpus beati Hieronymi translatum requiescit & veneratur à Christi fidelibus & ab Apostolica sancta sede.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

MCMV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° S. *Augustini* retractationum libri duo.

2.° Ejusdem liber ad Quodvultdeum, Diaconum, de omnibus hæresibus.

3.° Acta conventus de constituendo Heraclio in sede Hipponensi, in locum sancti Augustini: finis desideratur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

MCMVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* libri duo retractationum.

2.° *Cassiodori* de institutionibus divinarum Litterarum liber.

3.° Sancti *Isidori,* Hispalensis Episcopi, liber prooemiorum.

4.° Ejusdem opusculum de libris Novi Testamenti.

5.° Ejusdem liber de ortu, vita & obitu sanctorum Patrum, qui in scripturis laudantur.

6.° Ejusdem interpretatio nominum Veteris & Novi Testamenti.

7.° Sancti *Hieronymi* catalogus de Scriptoribus catholicis.

8.° Decretalis epistola de recipiendis & non recipiendis libris, à *Gelasio,* Papa, cum septuaginta Episcopis conscripta.

9.° *Gennadii,* Massiliensis, catalogus virorum illustrium.

10.° *Isidori,* Hispalensis, liber de viris illustribus.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

MCMVII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* retractationum libri duo: præfixus capitum index.

2.° Ejusdem de Academicis libri tres.

3.° Ejusdem liber de beata vita.

4.° Ejusdem libri duo de ordine rerum.

5.° Ejusdem soliloquiorum libri duo.

6.° Ejusdem liber de immortalitate animæ.

7.° Ejusdem libri duo de moribus Ecclesiæ catholicæ, & de moribus Manichæorum.

8.° Ejusdem liber contra Manichæorum epistolam, quam *fundamentum* vocant.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MCMVIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* retractationum libri duo: præfixæ expositiones duæ tabulæ Gerlandi.

2.° *Quodvultdei* ad Augustinum, & *Augustini* ad Quodvultdeum epistolæ.

3.° Sancti *Augustini* commonitorium Ecclesiæ catholicæ, quomodò sit agendum cum Manichæis qui convertuntur.

4.° Magistri *Hugonis* dialogus de Veteri Testamento.

5.° Ejusdem dialogus alter de creatione mundi.

6.° Ejusdem tractatus de præceptis Decalogi.

7.° Ejusdem commentarius in Ecclesiasten.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

MCMIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* retractationum libri duo.

2.° Ejusdem liber de gratia Novi Testamenti.

3.° Ejusdem liber de moribus Ecclesiæ catholicæ.

4.° Ejusdem liber de vera religione.

5.° Ejusdem liber de gratia & libero arbitrio.

16.° Ejusdem sermo de feria sexta Passionis Domini.

17.° Ejusdem sermo de latrone.

18.° Ejusdem sermo de duobus latronibus.

19.° Ejusdem sermo de cruce & latrone.

20.° Ejusdem sermo de pace.

21.° Fragmentum ex ejusdem libris quæstionum Veteris Testamenti.

22.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de compunctione cordis.

23.° Doctrina sancti *Severini*, Episcopi.

24.° Altercatio sancti *Ambrosii*, Mediolanensis Episcopi, contra eos qui animam non confitentur esse facturam, aut ex traduce esse dicunt.

25.° S. *Augustini* liber ad Honoratum, de gratia Novi Testamenti.

26.° Ejusdem liber de natura boni.

27.° *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, liber de anima: nonnulla sub finem desiderantur.

28.° Vita Abrahæ, reclusi.

29.° Vita sancti Ægidii, Abbatis.

30.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de psalmo quinquagesimo.

31.° S. *Augustini* sermo, cujus initium: *Reliquias hesternæ mensæ, &c.*

32.° Fragmentum regulæ S. *Augustini.*

33.° Vita beati Pachomii.

34.° Fragmentum è libro qui paradisus inscribitur: Ibi de sancto Ephremo, Diacono.

35.° *Evagrii* proverbia, à sancto *Hieronymo* Latinè conversa.

36.° Admonitionum capita ad quamdam virginem.

37.° Sancti *Augustini* sermones de Nativitate Domini.

38.° Passio beati Blasii.

39.° Passio sancti Sebastiani, illiusque sociorum.

40.° Translatio sancti Jacobi, Apostoli.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM XXVI.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* sermones duo de Martha & de Magdalena.

2.° Fragmentum ex actis sancti Petri, exorcistæ.

3.° Sententiarum libri tres: authore sancto *Isidoro*, Hispalensi Episcopo.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM XXVII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* tractatus, sive sermones quadraginta novem in varia Scripturarum loca: præmittitur sermo de Assumptione, Bernardi Iterii manu scriptus, & cujus fortasse ipse author est.

2.° Anonymi sermo in litania majore dictus.

3.° Sancti *Augustini* de unico baptismo libri septem.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM XXVIII.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de pœnitentia: initium desideratur.

2.° Ejusdem liber de bono conjugii.

3.° Ejusdem liber de mendacio.

4.° Ejusdem de Paschate & Resurrectione sermones septem.

5.° Ejusdem sermo de corpore & sanguine Domini.

6.° Ejusdem sermo de reddendis Decimis.

7.° *Didymi* sermo in Pentecosten, sive de Spiritu sancto.

8.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de eodem argumento.

9.° Anonymi descriptio Sanctorum locorum Hierusalem.

10.° Anonymus: *Quòd quatuor lacrymarum species natura continet.*

11.° Fragmentum de pœnitentia Salomonis.

12.° Exhortatio Spiritus sancti, à quadam fœmina religiosa edita, & ad generale Cisterciensis ordinis capitulum missa.

13.° Sancti *Augustini* fragmentum in hæc verba: *Maledictus ille qui sub pelle ovium lupinum habet cor absconditum.*

14.° Ejusdem sermo de misericordia.

15.° Nuncupatio nominis beatæ Mariæ Virginis.

16.° Fragmentum in hæc verba Apocalypsis: *Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.*

17.° Anonymi rythmus asceticus.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* admonitio per quam ostenditur quòd bonum sit lectionem divinam legere.

2.° Liber scintillarum: authore *Beda*, Presbytero.

3.° Sancti *Augustini* liber de conflictu vitiorum, & machina virtutum.

4.° Anonymi liber de quatuor virtutibus principalibus.

5.° Sancti *Augustini* liber de lapsu mundi, & de incertitudine hujus vitæ.

6.° Ejusdem sermo de misericordia.

7.° Fragmentum de pœnitentia.

8.° Excerpta è pœnitentiali Romano.

9.° Regula sancti *Augustini.*

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM XXX.

Codex membranaceus, quo continetur *Roberti de Bardis,* Cancellarii Parisiensis, collectio sermonum S. Augustini in quinque partes tributa: illarum prima comprehenduntur sermones de quibusdum gestis & Sanctis Veteris Testamenti: secunda, de solemnitatibus & sanctis Novi Testamenti: tertia, de verbis & Scripturis Veteris Testamenti: quarta, de verbis & Scripturis Novi Testamenti: quinta denique, de ornamentis & impedimentis fidelium, & de retributione ultima bonorum & malorum.

Is codex anno 1466. exaratus est.

IIM XXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sermonum sancti Augustini index alphabeticus ad collectorium Roberti de Bardis, Cancellarii Parisiensis, accommodatus: authore *Joanne de Fayt,* Abbate S. Bavonis apud Gandavenses in Flandria.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM XXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sermonum sancti Augustini

index alphabeticus Roberti de Bardis, Parisiensis Cancellarii, precibus absolutus: author idem *Joannes de Fayt.*

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM XXXIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* ad Simplicianum libri duo de diversis quæstionibus.

2.° Ejusdem liber de Magistro.

3.° Ejusdem de libero arbitrio libri tres.

4.° Ejusdem liber de octo Dulcitii quæstionibus.

5.° Ejusdem liber quæstionum in epistolam ad Romanos.

6.° Ejusdem expositio in epistolam Pauli ad Galatas.

7.° Ejusdem ad Renatum liber de natura & origine animæ.

8.° Ejusdem ad Petrum, Presbyterum, epistola de eodem argumento.

9.° Ejusdem ad Vincentium Victorem libri duo de eodem argumento.

10.° Sermo Arianorum, cum sancti *Augustini* responso.

11.° Ejusdem sancti *Augustini* ad Casulanum epistola de jejunio Sabbati.

12.° Ejusdem sermo de pœnitentia.

13.° Ejusdem liber de continentia.

14.° Fragmentum ejusdem epistolæ ad Marcellinum, contra eos qui reprehendunt libros suos de libero arbitrio.

Is codex in monasterio sancti Amandi quondam asservatus, decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XXXIV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate: præmittuntur Imperatorum *Valentiniani* & *Valentis* edictum ad Episcopos Asiæ & Phrygiæ; epistola ecclesiarum diœceseos Asiæ, Phrygiæ, Carophrygiæ & Pacatianæ; epistola *Liberii,* Romanæ urbis Episcopi, ad Macedonianos Episcopos.

2.° De libro sancti *Augustini,* qui Hypomnesticon inscribitur in responsione sexta de prædestinatione, qua Pelagium arguit quòd curru inanium quæstionum jactetur.

3.° Quid domnus Cæsarius senserit contra eos qui dicunt; quare aliis det gratiam, aliis non det.

4.° Altercatio S. *Augustini* & *Feliciani.*

5.° Acta Tiberii de Christo.

6.° Anonymi tractatus de amicis.

7.° Homilia sancti *Augustini* in evangelium Joannis.

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

IIM XXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate.

2.° Ejusdem epistolæ duæ ad Januarium, de diversis observationibus.

3.° Sancti *Isidori,* Hispalensis Episcopi, liber de differentiis spiritualibus.

4.° Ejusdem sententiarum libri tres.

5.° Ejusdem ad Florentiam sororem libri duo adversùs Judæos.

6.° Sancti *Augustini* liber de octo quæstionibus, ad Dulcitium.

7.° Ejusdem sermo de dilectione Dei & proximi.

8.° Ejusdem sermo de dilectione.

9.° Sancti *Hieronymi* epistola de septem gradibus ecclesiasticis.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM XXXVI.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate.

2.° Orationes pro defunctis.

3.° Sancti *Leonis,* Papæ Romensis, epistola de corpore sancti Jacobi.

4.° Sancti *Gregorii,* Papæ urbis Romæ, pastorale: quædam sub finem desiderantur.

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

IIM XXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate.

2.° Ejusdem soliloquia.

3.° Ejusdem de moribus Ecclesiæ catholicæ libri duo.

4.° Ejusdem de ordine rerum libri duo.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM XXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate.

2.° Ejusdem liber de vera religione.

3.° Ejusdem liber de moribus Ecclesiæ catholicæ.

4.° Ejusdem liber contra fidem Arianorum: præmittitur eorumdem fides.

5.° *Prosperi* libri tres de vita contemplativa.

6.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de natali sancti Joannis Baptistæ.

7.° Ejusdem sermo in laudem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

8.° Ejusdem homilia in festo sanctæ Mariæ Magdalenæ.

9.° Ejusdem homilia de sancto Petro, Apostolorum Principe.

10.° Ejusdem homilia de Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

11.° Ejusdem homilia de natali ejusdem.

12.° Ejusdem sermo de cruce.

13.° Ejusdem sermo de Angelis beatis.

14.° Ejusdem sermo de dedicatione Ecclesiæ.

15.° Anonymi homilia in festo sancti Victoris, Confessoris.

16.° Anonymi homilia in festo omnium Sanctorum.

17.° Anonymi homilia in festo sancti Martini, Episcopi.

18.° Anonymi homilia de sancto Andrea, Apostolo.

19.° Anonymi homilia in festo sancti Nicolai, Episcopi.

20.° Anonymi homilia de Adventu Domini.

21.° Anonymi homilia in vigilia natalis Domini.

22.° Anonymi homilia in natali Domini.

23.° Anonymi homilia in natali sancti Stephani, Protomartyris.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XXXIX.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate: tredecim priora capita desiderantur.

2.° Ejusdem liber de disciplina christiana.

3.° Ejusdem sermo de decem chordis.

4.° Ejusdem liber de conflictu vitiorum atque virtutum.

5.° Ejusdem liber de bono conjugali.

6.° Ejusdem liber de virginitate: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM XL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate.

2.° Disputatio Græcos inter & Romanos de Spiritu sancto, aliisque controversiis.

3.° Anonymi sermo de corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi; incipit: *Magnitudo cælestium beneficiorum.*

4.° *Clementis*, Papæ, dicta de perceptione corporis & sanguinis Domini.

5.° Fragmentum ex libro *Cassiodori* de anima.

6.° Sancti *Gregorii*, Papæ, liber pastoralis curæ ad Joannem, Ravennatem Episcopum.

7.° Sanctorum *Augustini* & *Ambrosii* dialogus de variis quæstionibus Scripturæ sacræ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM XLI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate: præfixus capitulorum index.

2.° Ejusdem liber de vera innocentia: ad marginem annotatum reperias hunc esse librum *Prosperi* sententiarum.

3.° Opusculum de anima & corpore: authoris nomen non comparet.

4.° *Gennadius* de ædificatione orthodoxæ fidei & ecclesiasticorum dogmatum.

5.° S. *Augustini* de doctrina christiana libri quatuor.

6.° Ejusdem contra Felicianum disputatio de Trinitate.

7.° Anonymi symbolum fidei.

8.° Sancti *Augustini* libri duo de sermone Domini in monte.

9.° Ejusdem liber de duodecim abusionibus.

10.° Ejusdem sermones de verbis Christi Domini.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* speculum, sive manuale de diligendo Deo.

2.° Planctus beatæ Mariæ Virginis de Passione Domini: eodem authore.

3.° Ejusdem tractatus de Passione Christi.

4.° Liber florum ex ejusdem operibus collectorum.

5.° Ejusdem liber de conflictu vitiorum & virtutum.

6.° Ejusdem sermo de Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

7.° Sancti *Hieronymi* epistolæ aliquot.

8.° *Origenis* homilia de festo B. Mariæ Magdalenæ.

9.° *Richardi de Sancto Victore* Benjamin, sive liber de duodecim Patriarchis.

10.° Sancti *Thomæ Aquinatis* quæstiones pertinentes ad statum religionis.

11.° *Guerodi de Abbatis Villa* quæstiones sexdecim in illud Pauli: *Non sumus sufficientes cogitare ex nobis.*

12.° Breviloquium pauperis: authore sancto *Bonaventura*, ordinis Minorum.

13.° Ejusdem liber de triplici via perveniendi ad sapientiam.

14.° Ejusdem tractatus de septem gradibus contemplationis.

15.° Ejusdem tractatus de quatuor gradibus vitæ spiritalis.

16.° Testamenta duodecim Patriarcharum, à *Roberto Grossa-testa*, Lincolniensi Episcopo, Latinè conversa.

17.° *Mileti*, Sardensis Episcopi, liber de transitu vel Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

18.° *Elizabethis* visio de resurrectione beatæ Mariæ, Martyris Christi.

19.° Sancti *Bernardi* meditationes.

20.° Idem de altercatione quatuor sororum.

21.° Idem de conflictu vitiorum & virtutum.

22.° Regula vitæ honestæ: eodem authore.

23.° Lamentationes beatæ Mariæ Virginis in Passione Christi: eodem authore.

24.° Ejusdem homiliæ in Annunciationem beatæ Mariæ Virginis.

25.° Ejusdem vita: authore *Guillelmo*, Abbate.

26.° Ejusdem *Bernardi* opusculum de gratia & libero arbitrio.

27.° Ejusdem liber de præcepto & dispensatione.

28.° Ejusdem liber de gradibus humilitatis & superbiæ.

29.° Ejusdem liber de diligendo Deo.

30.° Ejusdem sermo exhortatorius ad Milites Templi.

31.° Ejusdem epistola ad Fratres Carthusienses.

32.° Ejusdem epistola ad Monachos nigros, sive ad Cluniacenses.

33.° Ejusdem de vita solitaria libri duo, ad Fratres de Monte Dei.

34.° Ejusdem de consideratione tractatus ad Eugenium, Papam.

35.° Exempla Magistri *Jacobi de Vitriaco*.

36.° *Innocentii III.* liber de miseria hominis.

37.° Sancti *Hieronymi* tractatus de vita Clericorum.

38.° *Guillelmi Peralti* tractatus de professione Monachorum.

39.° Sancti *Basilii* tractatus de laude vitæ solitariæ.

40.° Anonymus de laude caritatis.

41.° Liber scintillarum, è sacra Scriptura & sanctorum Patrum scriptis concinnatus: authore *Beda*, Presbytero.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* speculum sive manuale.

2.° Ejusdem liber de pœnitentia.

3.° Ejusdem liber de fide, ad Petrum.

4.° Ejusdem liber de quæstionibus Veteris & Novi Testamenti.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM XLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de mendacio.

2.° Ejusdem ad Consentium liber contra mendacium.

3.° Ejusdem liber contra Adimantum, Manichæi discipulum.

4.° Ejusdem liber de summo bono.

5.° Ejusdem liber de pœnitentia.

6.° Ejusdem liber de patientia.

7.° S. *Ambrosii* de pœnitentia libri duo.

8.° S. *Augustini* liber de utilitate agendæ pœnitentiæ.

9.° Ejusdem liber de agone christiano.

10.° Ejusdem regula de vita & conversatione Monachorum.

11.° Ejusdem liber de disciplina christiana.

12.° Abbatis *Pannuphii* sententia de pœnitentia, exhortatione vel merito; sive indulgentiæ documenta.

13.° Sancti *Augustini* de Genesi contra Manichæos libri duo.

14.° Ejusdem liber contra epistolam, quam Manichæi *fundamentum* vocant.

15.° Ejusdem sermo de decem chordis.

16.° Ejusdem liber de catechizandis rudibus.

17.° Ejusdem liber de divinatione dæmonum.

18.° *Bedæ* expositio allegorica super librum Tobiæ.

19.° Expositio benedictionum Deuteronomii cap. XXXIII. authoris nomen non comparet.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber contra mendacium.

2.° Ejusdem liber de mendacio.

3.° Ejusdem liber ad Probam, de orando Deo.

4.° Ejusdem liber de videndo Deo.

5.° Ejusdem sermones decem in epistolam Joannis.

6.° Sancti *Eusebii* sermo de Paschate.

7.° S. *Augustini* sermo de cantico novo.

8.° Ejusdem sermo de feria quarta.

9.° Ejusdem sermo de caritate.

10.° Ejusdem sermo de tempore barbarico.

11.° Ejusdem sermo in illud: *Erudimini vos qui judicatis terram.*

12.° Ejusdem sermo in illud: *Tibi derelictus est pauper.*

13.° Ejusdem sermo in illud: *Cor mundum crea in me Deus.*

14.° Ejusdem sermo de cogitationibus.

15.° Ejusdem sermo contra quemdam habentem iram in pectore, & nolentem humiliari.

16.° Ejusdem sermo de Divite.

17.° Ejusdem sermo de Decimis Domini.

18.° Ejusdem sermo de futura vita cognoscenda.

19.° Ejusdem sermo de oratione Dominica.

20.° Ejusdem sermo de pace.

21.° Ejusdem sermo de flagellis.

22.° Ejusdem sermo de natali Domini.

23.° Ejusdem sermo de carne superba.

24.° Ejusdem sermo de quinque feriis Passionis Domini: sive potiùs de quinta feria Passionis Domini.

25.° Ejusdem sermo de sex feriis Passionis Domini: sive potiùs de sexta feria Passionis Domini.

26.° Ejusdem sermo de latrone.

27.° Ejusdem sermo de duobus latronibus.

28.° Ejusdem sermo de cruce & latrone.

29.° Ejusdem sermo de pace.

30.° Ejusdem sermo de perjurio.

31.° Ejusdem sermo de futura vita cogitanda.

32.° Ejusdem liber de moribus Ecclesiæ.

33.° Ejusdem sermo ad virgines.

34.° Ejusdem libri duodecim de Genesi ad litteram.

35.° Ejusdem de Genesi contra Manichæos libri duo.

36.° Ejusdem liber quæstionum Veteris & Novi Testamenti.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM XLVI.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de cura pro mortuis gerenda.

2.° Ejusdem ad Zenobium libri duo de ordine.

3.° Ejusdem liber annotationum in Job.

4.° Ejusdem ad Orosium liber de Priscillianistis & Origenis errore.

5.° Ejusdem epistola ad Valerium.

6.° Ejusdem de nuptiis & concupiscentia libri duo.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIM XLVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de disciplina christiana.

2.° Ejusdem liber de vita christiana.

3.° Ejusdem liber de bono patientiæ.

4.° Ejusdem ad Vincentium Victorem de natura & origine animæ libri duo.

5.° Ejusdem liber de immortalitate animæ.

6.° Excerpta è variis sanctorum Augustini, Ambrosii & Gregorii Papæ operibus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM XLVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* sermo de decem chordis.

2.° *Prosperi* epistola ad Augustinum.

3.° *Hilarii* epistola ad Augustinum.

4.° S. *Augustini* ad Prosperum & Hilarium liber de prædestinatione Sanctorum.

5.° Ejusdem liber de bono perseverantiæ.

6.° Ejusdem ad Vincentium Victorem libri duo de natura & origine animæ.

7.° Ejusdem ad Januarium libri duo.

8.° Ejusdem liber de blasphemia in Spiritum sanctum.

9.° Ejusdem liber de vera religione.

10.° Ejusdem liber de patientia.

11.° Ejusdem liber contra quinque hæreses.

12.° Ejusdem libri tres de baptismo parvulorum.

13.° Ejusdem liber de perfectione justitiæ.

14.° Sancti *Ambrosii* liber de Incarnatione Domini.

15.° Ejusdem liber qui Pastoralis dicitur.

16.° Ejusdem liber de mysteriis.

17.° Ejusdem libri sex de Sacramentis.

18.° Sancti *Augustini* liber de natura & gratia.

19.° Ejusdem epistolæ duæ ad Valentinum.

20.° Ejusdem liber de gratia & libero arbitrio.

21.° Ejusdem liber de correptione & gratia.

22.° Ejusdem liber de origine animæ.

23.° Ejusdem liber de præsentia Dei.

24.° Ejusdem liber de vita christiana.

25.° Ejusdem libri tres de mirabilibus Veteris & Novi Testamenti.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM XLIX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de spiritu & anima: præfixus capitum index.

2.° Contemplatio fratris *Bonaventuræ*.

3.° Ejusdem breviarium.

4.° Sancti *Hieronymi* epistolæ aliquot.

5.° Quinque consideranda quæ dant homini maximum dolorem.

6.° Meditationum octo genera.

7.° *Innocentii III.* Papæ, libri tres de humanæ conditionis miseria.

8.° *Isidori* synonyma.

9.° Sancti *Bernardi* meditationes.

10.° Ejusdem liber de dolore B. Mariæ Virginis in passione Domini.

11.° Idem de guerra.

12.° Fragmentum *Isidori*, de flagellis & oratione.

13.° *Anselmi*, Cantuariensis, liber de similitudinibus.

14.° B. *Cæsarii*, Episcopi, homiliæ decem abbreviatæ.

15.° *Origenis* homilia de lamentatione Magdalenæ ad sepulchrum Domini.

16.° Sancti *Augustini* tractatus de diligendo Deo.

17.° Ejusdem tractatus de definitionibus rectæ fidei.

18.° Idem de disciplina christiana.

19.° Idem de conflictu vitiorum & virtutum.

20.° Ejusdem modus perveniendi ad cognitionem Dei.

21.° Idem de psalmo trigesimo sexto.

22.° *Hugonis*, Victorini, opuscula de Clericorum disciplina, de conscientia & de sacrificio offerendo.

23.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de reparatione lapsi.

24.° Sancti *Joannis*, Constantinopolitani Episcopi, homilia de inscriptione psalmi quinquagesimi.

25.° *Nicolai Bocherii*, Jacobitæ, confessionale, ad Carolum, Aurelianorum Ducem.

26.° *Hiltonis* doctrina adversùs tentationem carnis.

27.° *Nicolai Bocherii* epistola ad Carolum, Ducem Aurelianensem.

28.° Testamentum peregrini: authore *Joanne*, Cancellario Parisiensi.

29.° *Joannes Gerson* de decem considerationibus in orando Deo, secundùm decem dictiones.

30.° B. *Ignatii* ad Mariam epistola, & *Mariæ* ad ipsum responsum.

31.° Instructorium peregrini per fratrem *Thomam*, ordinis Fratrum Minorum.

32.° Deploratio super civitatem aut regionem quæ gladium evaginavit super se.

33.° Sancti *Augustini* liber de cognitione veræ vitæ.

Is codex partim decimo quinto, partim decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIM L.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei contra Paganos libri viginti duo: præfixus librorum index; ad calcem verò subjecta eorum omnium, quæ in iisdem libris occurrunt, tabula alphabetica.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM LI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM LII.

IIM LII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei contra Paganos libri decem priores: præfixæ *Guillelmi Euceriæ* litteræ ad Patres monasterii de Bono-portu, quibus hocce volumen dono dabat anno 1414.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM LIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri octo priores.

Is codex decimo sæculo videtur exaratus.

IIM LIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur S. *Augustini* de civitate Dei contra Paganos libri septem posteriores.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LV.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo.

Is codex duodecimo sæculo ineunte exaratus videtur.

IIM LVI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur divi *Aurelii Augustini* de civitate Dei libri viginti duo: ad calcem subjicitur census de octava sancti Martialis cujus monasterio codex hic donatus fuit anno 1377.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei contra Paganos libri viginti duo.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo, adversùs Paganos.

Is codex manu Hugonis, Monachi, sæculo, ut videtur, duodecimo exaratus est.

IIM LIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei contra Paganos libri viginti duo.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de civitate Dei contra Paganos libri viginti duo.

2.° *Raymundi*, Comitis Sancti Ægidii, litteræ anno 1164. datæ, quibus confitetur villam Sancti Saturnini alodium & proprietatem esse beati Petri Cluniacensis.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, duobus constans voluminibus. Ibi continentur S. *Augustini* de civitate Dei contra Paganos libri viginti duo: ad calcem subjectus ejusdem sermo de Assumptione B. Mariæ Virginis.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo, adversùs Paganos.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXIV.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo: præfixus index locupletissimus, sed alia manu, eaque recentiore.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXV.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXVI.

Codex membranaceus, quo continentur S. *Augustini* de civitate Dei libri viginti duo.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM LXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de civitate

Dei contra Paganos libri viginti duo: præfixum S. *Gregorii* Paſtoralis fragmentum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIM LXVIII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur ſancti *Auguſtini* de civitate Dei libri viginti duo.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM LXIX.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur ſancti *Auguſtini* de civitate Dei libri viginti duo.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM LXX.

Codex membranaceus, olim Cardinalis Borbonii. Ibi continentur ſancti *Auguſtini* libri decem priores de civitate Dei.

Ad hujuſce codicis calcem hæc leguntur: *Ad vota reverendiſſimi Patris, & præſtantiſſimi domini domini Georgii de Ambaſia, Cardinalis ſancti Sixti, Archipontificis Rothomagenſis, provinciæ Normaniæ Gubernatoris & Primarii Sacerdotis, in univerſo Galliarum regno Legati quàm meritiſſimi, libris decem quos Auguſtinus de civitate terrena edidit, Cyprianus calamo ſuo finem devotiſſimè dedit; anno à ſalutari Virginis puerperio milleſimo quadringenteſimo primo, nonis Januarii.* Mendosè librarius; quadringenteſimo ſcilicet pro quingenteſimo.

IIM LXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Auguſtini* de civitate Dei libri viginti duo: ſubſequitur index alphabeticus.

2.° *Franciſci de Mayronis* concluſiones in eoſdem Auguſtini libros.

Is codex ab Antonio Nicolecte anno 1449. exaratus eſt.

IIM LXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Thomæ Anglici*, ordinis Prædicatorum, commentarius in libros ſancti Auguſtini de civitate Dei: finis deſideratur.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIM LXXIII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Pariſienſium. Ibi continetur anonymi in viginti duos ſancti Auguſtini de civitate Dei libros index locupletiſſimus.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIM LXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Librorum S. Auguſtini de civitate Dei index alphabeticus.

2.° Tabula ſuper Boëtium, de conſolatione philoſophiæ: authore *Joanne de Fayt*, Abbate Sancti Bavonis apud Gandavenſes in Flandria.

3.° Tabula ſuper librum Joannis Sariſberienſis, de nugis curialium, & de veſtigiis philoſophorum.

4.° Vegetii de re militari librorum index.

5.° Epiſtolarum Senecæ index alphabeticus.

6.° Tabula ſuper libros Petrarchæ, de remediis utriuſque fortunæ.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIM LXXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Index alphabeticus in libros S. Auguſtini de civitate Dei, cum argumentis capitum, ſive ſummariis.

2.° *Nicolai Treveth*, ordinis Fratrum Prædicatorum, expoſitio hiſtoriarum quarum meminit Auguſtinus in libris de civitate Dei.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM LXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° S. *Auguſtini* liber adversùs quinque hæreſes.

2.° Sancti *Athanaſii* altercatio cum Ario, Probo judice.

3.° Symbolum concilii Nicæni.

4.° Symbolum concilii Ariminenſis.

5.° Symbolum ſancti *Athanaſii*.

6.° Sancti *Hieronymi* profeſſio fidei.

7.° *Gregorii*, Cæſarienſis, exemplar fidei.

8.° Exemplar fidei catholicæ.

9.° Fides ſancti *Valerii*, Trevirenſis Epiſcopi.

10.° Fides ſancti *Gregorii* Majoris.

11.° Expoſitio fidei catholicæ.

12.° Fides ſancti *Ambroſii*.

13.° *Gennadii*, Maſſilienſis, liber de dogmatibus eccleſiaſticis.

14. Sancti *Auguſtini* liber de omnibus hæreſibus, ad Quodvultdeum, Diaconum.

15.° Vita S. Hieronymi, Stridonenſis.

16.° Vita S. Ambrosii, Mediolanensis Episcopi.

17.° Vita S. Augustini: authore *Possidio*, Calamensi Episcopo: subjicitur de ejusdem libris judicium.

18.° Vita sancti Gregorii, Papæ.

19.° Confessio *Berengarii*, Andegavensis: manu recentiore.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM LXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber adversùs quinque hæreses.

2.° Ejusdem libri duo de Genesi adversùs Manichæos.

3.° Ejusdem expositio de fide catholica secundùm brevitatem symboli.

4.° Liber adversùs Manichæos: utrùm Augustini, an Evodii sit, ignoratur.

5.° Sancti *Augustini* defensio fidei catholicæ, libris tribus, adversùs Maximinum, Arianum Episcopum.

6.° Ejusdem collatio cum Pascentio, Ariano.

7.° Tractatus de diversis scripturis & maximè de Apostoli epistolis, ex Augustino, Fulgentio, Gregorio & Prospero concinnatus.

8.° *Paschasii Ratberti* liber de corpore & sanguine Christi.

9.° Sermo de laude caritatis.

10.° Sancti *Augustini* sermo de eodem argumento.

11.° Varii sermones, absque authorum nominibus.

12.° Dicta de sancta Maria Magdalene.

13.° Sancti *Leodegarii*, Augustodunensis, epistola consolatoria ad Sigradam matrem, Suessionis in cœnobio puellarum degentem.

14.° Liber de octo principalibus vitiis.

15.° Concilium Romanum, tempore Mauricii, Imperatoris, celebratum.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LXXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber contra quinque hæreses.

2.° Ejusdem liber de agone christiano.

3.° Ejusdem liber de vita christiana.

4.° Ejusdem libri quatuor de doctrina christiana: omnes abbreviati.

5.° Ejusdem tractatus decem in epistolam Joannis.

6.° Ejusdem libellus de doctrina Christianorum.

7.° *Origenis* commentariorum in Leviticum fragmentum.

8.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de pœnitentia.

9.° Ejusdem libri duo de compunctione: secundi initium solùm superest.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LXXIX.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* contra Faustum libri duo.

2.° Anonymi sermones duo de natali sancti Joannis Baptistæ.

3.° Anonymi sermo de laudibus sancti Pauli.

4.° Vita sancti Hilarii: authore *Fortunato*, Presbytero.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LXXX.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur sancti *Augustini* libri duo contra Faustum.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXXXI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* contra Faustum libri triginta tres.

2.° Ejusdem liber contra Adimantum, Manichæi discipulum.

3.° Ejusdem liber contra epistolam Manichæi, quam *fundamentum* vocant.

4.° Ejusdem liber contra Donatistas.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM LXXXII.

Codex membranaceus, quo continentur S. *Augustini*, Hipponensis Episcopi, contra Faustum libri triginta tres.

Is codex eleganti manu sæculo decimo quinto exaratus est.

IIM LXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de actis cum Felice, Manichæo, libri duo.

2.° Ejusdem annotationes in Job.

3.° Ejusdem liber de substantia dilectionis,

4.° Ejusdem liber de Incarnatione Verbi.
5.° Ejusdem tractatus de corpore Christi.
6.° Ejusdem liber de eleemosyna.
7.° Ejusdem liber de dilectione.
8.° Septem Sapientum apophthegmata.
9.° Quæstiones miscellaneæ in Genesim, & alios Veteris & Novi Testamenti libros.
10.° *Aristotelis* categoriæ: sancto *Augustino* interprete.
11.° Ejusdem sancti *Augustini* dialectica.
12.° Ejusdem contra Cresconium, grammaticum & Donatistam, libri quatuor.
13.° Ejusdem exhortatio ad quemdam Comitem sibi carissimum.
14.° Sancti *Hilarii*, Pictaviensis Episcopi, commentarius in Matthæum.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXXXIV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* tractatus de natura boni.
2.° Ejusdem tractatus de ecclesiasticis dogmatibus: præfixus capitum index.
3.° Ejusdem liber contra quinque hæreses.
4.° Ejusdem liber de utilitate credendi.
5.° Ejusdem enchiridion ad Laurentium, de fide, spe & caritate.
6.° Ejusdem liber de spiritu & anima.
7.° Ejusdem liber de summo bono.
8.° Ejusdem quæstiones octoginta.
9.° Ejusdem liber de prædestinatione.
10.° Ejusdem liber de vera religione.
11.° Ejusdem liber de agone christiano.
12.° Ejusdem liber de fide ad Petrum.
13.° Ejusdem retractationum libri duo.
14.° Ejusdem liber de conflictu vitiorum & virtutum.
15.° Ejusdem liber de duodecim gradibus abusionis.
16.° *Orosii* quæstiones ad sanctum Augustinum.
17.° S. *Augustini* liber de videndo Deo.
18.° Ejusdem liber de perfectione justitiæ.
19.° Ejusdem liber de natura & gratia.
20.° Ejusdem ad Valentinum, Monachum, liber de gratia & libero arbitrio.
21.° Ejusdem liber de correctione & gratia.
22.° Ejusdem liber de quantitate animæ.
23.° Ejusdem liber de fide rerum invisibilium.
24.° Ejusdem sermo de oratione & jejunio.
25.° Sancti *Joannis*, Episcopi, sermo de confessione.
26.° Sancti *Augustini* soliloquiorum liber.
27.° Beati *Anselmi*, Cantuariensis, liber de similitudinibus.
28.° Ejusdem meditationes.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM LXXXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* libri duo contra adversarium legis & Prophetarum.
2.° Ejusdem responsio ad Arianorum sermonem: præfixus Arianorum sermo.
3.° Ejusdem quæstiones in Matthæum.
4.° Sanctorum *Augustini* & *Athanasii* fragmenta de psalmis.
5.° Ejusdem sancti *Augustini* liber de prædestinatione gratiæ.
6.° Ejusdem liber de quantitate animæ.
7.° Ejusdem de natura & origine animæ liber.
8.° Ejusdem epistola ad Petrum, Presbyterum, de eodem argumento.
9.° Ejusdem libri duo ad Vincentium de eodem argumento.
10.° *Eugenii*, Episcopi Toletani, oratio, versibus scripta.
11.° Sancti *Augustini* contra epistolam Parmeniani libri tres.
12.° Ejusdem ad Honoratum liber de gratia Novi Testamenti.
13.° Anonymi homiliæ duæ.
14.° Descriptio balsami & virtutis ejus: authore anonymo.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM LXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de Trinitate libri quindecim: præfixus ejusdem sermo de hoc ipso argumento.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de Trinitate libri quindecim.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM LXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur divi *Aurelii Augustini* de

ſanctiſſima Trinitate libri quindecim: multa paſſim folia deſiderantur.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

IIM LXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur ſancti *Auguſtini* de Trinitate libri quindecim.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM XC.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Pariſienſium. Ibi continentur:

1.° Sancti *Auguſtini* de Trinitate libri quindecim.

2.° Ejuſdem liber de vera religione.

3.° Ejuſdem tractatus de natura & gratia.

4.° Ejuſdem tractatus de divinatione dæmonum.

5.° Ejuſdem liber de agone chriſtiano.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIM XCI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti Auguſtini librorum de Trinitate index, ordine alphabetico digeſtus.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIM XCII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Auguſtini* liber contra epiſtolam Parmeniani ad Thiconium.

2.° Ejuſdem epiſtola ad Bonifacium, Epiſcopum.

3.° Ejuſdem epiſtola ad Januarium.

4.° Gloſſæ in varios ſancti Hieronymi de libris Veteris Teſtamenti prologos.

5.° Anonymi tractatus de iiſdem libris.

Is codex ſub finem duodecimi ſæculi exaratus videtur.

IIM XCIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Auguſtini* contra Creſconium, grammaticum & Donatiſtam, libri quatuor.

2.° Ejuſdem liber de duabus animabus.

3.° Ejuſdem diſputatio contra Fortunatum, Manichæum Preſbyterum.

4.° Ejuſdem libri duo contra Felicem, Manichæum.

5.° Ejuſdem liber de gratia Chriſti, adversùs Pelagium & Cœleſtium.

6.° Ejuſdem liber de peccato originali.

7.° *Oroſii,* Preſbyteri, commonitorium ad ſanctum Auguſtinum de Priſcillianiſtis & de Origenis errore.

8.° S. *Auguſtini* ad Oroſium reſponſio de Priſcillianiſtis & de Origenis errore.

9.° Ejuſdem de mendacio libri duo.

10.° Ejuſdem liber de opere Monachorum.

11.° *Gilberti* poëma de incendio monaſterii Sancti Amandi, libris quatuor: ad calcem ſubjiciuntur epitaphia varia.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIM XCIV.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Pariſienſium. Ibi continentur:

1.° Sancti *Auguſtini* liber de ſpiritu & littera.

2.° *Aurelii Caſſiodori* liber de anima.

3.° S. *Auguſtini* liber de ſex quæſtionibus.

4.° Ejuſdem liber de oratione.

5.° Ejuſdem ſoliloquiorum libri duo.

6.° Ejuſdem liber de quantitate animæ.

7.° Ejuſdem libri contra Fauſtum.

8.° Ejuſdem liber de octo quæſtionibus, ad Dulcitium.

9.° Ejuſdem reſponſio ad quæſtiones Januarii: ſub finem nonnulla deſiderantur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIM XCV.

Codex membranaceus, primùm Sancti Dionyſii in Francia, poſteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Auguſtini* liber de perfectione juſtitiæ hominis.

2.° Ejuſdem liber de natura & gratia.

3.° Ejuſdem liber de gratia & libero arbitrio.

4.° Ejuſdem liber de correptione & gratia.

5.° Epiſtola *Proſperi* ad ſanctum Auguſtinum.

6.° Sancti *Hilarii* epiſtola ad eundem.

7.° S. *Auguſtini* libri duo ad Proſperum & Hilarium, de prædeſtinatione Sanctorum & dono perſeverantiæ: hujus libri finis deſideratur.

Is codex nono ſæculo exaratus videtur.

IIM XCVI.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Sancti *Auguſtini* liber de perfectione juſtitiæ hominis.

2.° Ejuſdem liber de natura & gratia.

3.° Ejusdem libri quatuor de doctrina christiana: ad calcem leguntur versiculi in laudem hujusce operis.

4.° Ejusdem liber ad Paulinum, Nolanum Episcopum, de cura pro mortuis gerenda.

5.° Prosa in laudem S. Theodosiæ.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XCVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Augustini* liber de gestis Pelagii, contra adversarios gratiæ Domini nostri Jesu Christi.

Is codex ex antiquo aliquo exemplari descriptus, sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIM XCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de origine animæ, ad Hieronymum.

2.° Ejusdem liber de quantitate animæ.

3.° Ejusdem liber de videndo Deo.

4.° Ejusdem epistola ad Italicam.

5.° Ejusdem liber de bono conjugali.

6.° Ejusdem liber de sancta virginitate.

7.° Ejusdem liber de bono patientiæ.

8.° Collatio de pœnitentia, & de divisionibus atque subdivisionibus ejus, è variis scriptoribus collecta.

9.° Passio sancti Thomæ, Archiepiscopi Cantuariensis.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM XCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber ad Renatum, de natura & origine animæ: initium desideratur.

2.° Ejusdem epistola ad Petrum, Presbyterum, de eodem argumento.

3.° Ejusdem epistola ad Casulanum, de jejunio Sabbati.

4.° Ejusdem libri duo contra adversarium legis & Prophetarum.

5.° Ejusdem liber contra Pelagianos & Cœlestianos hæreticos.

6.° Ejusdem disputatio contra eosdem, de prædestinatione.

7.° Ejusdem liber contra Adimantum, Manichæi discipulum: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM C.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur S. *Augustini* adversùs Julianum hæreticum libri duo.

Is codex undecimo sæculo videtur exaratus.

IIM CI.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur S. *Augustini* contra Julianum, Pelagianæ hæreseos assertorem, libri sex: ad calcem subjicitur *D.* Leodicensis Episcopi ad Henricum primum, Francorum Regem, epistola de corpore & sanguine Domini.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* adversùs Julianum libri sex.

2.° Ejusdem liber de fide & operibus.

3.° Ejusdem ad Pollentium libri duo de adulterinis conjugiis.

4.° Ejusdem annotationes in Job.

5.° Ejusdem sermo de concordia decem plagarum cum Decalogo.

Is codex in monasterio Sancti Amandi quondam asservatus, decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de gratia & libero arbitrio.

2.° Ejusdem liber de correptione & gratia.

3.° Ejusdem epistolæ duæ ad Valentinum, de gratia & libero arbitrio.

4.° Ejusdem tractatus de voluntate Dei.

5.° *Prosperi* epistola ad Augustinum.

6.° *Hilarii*, Episcopi Arelatensis, epistola ad sanctum Augustinum.

7.° Sancti *Augustini* ad Prosperum & Hilarium liber de prædestinatione Sanctorum.

8.° Ejusdem liber de dono perseverantiæ.

9.° Excerpta ex ejusdem dictis de prædestinatione.

10.° Ejusdem soliloquiorum libri duo.

11.° Ejusdem liber de virginitate.

12.° Ejusdem liber de viduitatis professione.

13.° Ejusdem ad Januarium epistola de Paschate.

Is codex sub finem duodecimi sæculi exaratus videtur.

IIM CIV.

Codex membranaceus, quo continentur:
1.° Sancti *Augustini* liber de prædestinatione & gratia.
2.° Ejusdem liber de prædestinatione Sanctorum.
3.° Ejusdem liber de dono perseverantiæ.
4.° Ejusdem liber de correptione & gratia.
5.° *Richardi de Sancto Victore* tractatus de remissione peccatorum.
6.° Sancti *Augustini* fragmentum è libro decimo tertio de Trinitate.
7.° Ejusdem fragmentum è libro undecimo de Genesi ad litteram.
8.° S. *Gregorii* homilia in illud: *Videns Jesus civitatem, flevit.*
9.° Ejusdem homilia de eo qui non habebat vestem nuptialem; utraque manu recentiore scripta.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CVIII.

Codex membranaceus, quo continentur sermones sancti *Augustini,* per totum anni circulum in parochiis populo legendi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur *Eugippii,* Abbatis, liber excerptorum è variis sancti Augustini operibus, centum sexaginta quinque capitulis constans: præfixa *Terentii* comœdiæ, quæ dicitur Heautontimorumenos, prologi pars.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM CX.

Codex membranaceus, olim Ulrici Obrechti, Argentoratensis. Ibi continentur *Eugippii,* Abbatis, excerpta è libris sancti Augustini, capitulis trecentis sexaginta sex comprehensa: præmittuntur præfatio & capitulorum index.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Eugippii,* Abbatis, excerpta ex operibus sancti Augustini.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur, si tamen pauca quædam excipias, quæ ad decimum tertium sæculum videntur referenda.

IIM CXII.

Codex membranaceus, quo continentur:
1.° Excerpta è libro sancti Augustini, qui dicitur Hexameron.
2.° Sancti *Augustini* Hexameron libris duodecim comprehensum.
3.° Lectio ex Apocalypsi deprompta.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur excerpta è scriptis sanctorum Augustini, Bedæ, Boëtii, Chrysostomi & Gregorii Papæ: subjicitur tabula Paschalis ab anno 988. ad annum 1063.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur excerpta è variis sancti Augustini operibus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CXV.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur excerpta è sanctis Patribus, Augustino, Ambrosio, Gregorio, Hieronymo, Hilario, Isidoro, Origene, Cassiodoro, Basilio, Gregorio Nazianzeno, Cypriano, Leone Papa, Ephræmo, Beda, Prospero, Petro Ravennate, Cassiano, item è Senecæ libris; ad calcem subjicitur index ordine alphabetico dispositus: authore *Waltero,* Pictaviensi Episcopo, ordinis Fratrum Minorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CXVI.

Codex chartaceus, olim Philippi Drouin. Ibi continentur excerpta è variis sancti Augustini operibus: authore *Ludovico Hasté,* Doctore Sorbonico, & seminarii Bellovacensis moderatore, qui anno 1681. supremum diem obiisse dicitur.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IIM CXVII.

Codex membranaceus, quo continentur:
1.° Index omnium Augustini operum secundùm libros & capita, cum argumentis capitum, sive summariis.
2.° Index alphabeticus: quo sit referendus non liquet.
3.° Index alphabeticus ad Boëtii librum de disciplina scholarium.

4.° Index alphabeticus ad librum Boëtii de unitate: hunc librum non esse Boëtii, sed Alexandri Pypaci, id est, Peripatetici, annotatum est in margine.

5.° Index alphabeticus ad Boëtii libros de Trinitate & de hebdomadibus.

6.° Index alius ad ejusdem librum de duabus naturis & una persona Christi.

7.° Indices alphabetici ad libros Dionysii Areopagitæ de hierarchia cœlesti, de ecclesiastica hierarchia, & de divinis nominibus.

8.° Index alphabeticus ad libros Augustini, Boëtii, Damasceni & aliorum quorumdam.

9.° Index alphabeticus ad libros Augustini, Ambrosii & aliorum.

10.° Laus sacrarum Scripturarum ac theologicæ scientiæ.

11.° Sancti Joannis Evangelistæ encomium.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur milleloquium sancti Augustini ad Clementem VI. Papam: sive insigniores sententiæ ex sancti Augustini operibus collectæ, & ordine alphabetico digestæ: authore *Bartholomæo Urbinensi*, Augustiniano: definit in littera K.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur milleloquium sancti Augustini ad Clementem VI. Papam; sive commentarii in Vetus & Novum Testamentum ex Augustini operibus concinnati: authore *Bartholomæo Urbinensi*, Augustiniano.

Is codex anno 1357. exaratus est.

IIM CXX.

Codex membranaceus, duobus voluminibus constans, quibus continetur milleloquium sancti Augustini: authore Fr. *Bartholomæo de Urbino*, ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CXXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Nemesii*, Episcopi, tractatus de anima: finis desideratur.

2.° Anonymi expositio in Aristotelis libros de anima.

3.° Fragmenta ad theologiam pertinentia.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIM CXXII.

Codex membranaceus, olim Claudii Puteani. Ibi continentur:

1.° Sancti *Paulini* ad Severum epistolæ undecim.

2.° Ejusdem ad Delphinum epistolæ quinque.

3.° Ejusdem ad Amandum, Episcopum, epistolæ sex.

4.° Ejusdem ad Victricium epistolæ duæ.

5.° Ejusdem epistola ad Aprum, Episcopum.

6.° Ejusdem ad Aprum & Amandum epistolæ duæ.

7.° Ejusdem epistola ad Florentium, Episcopum Cadurcensem.

8.° Ejusdem epistola ad Aletium, Episcopum.

9.° Idem de gazophylacio.

10.° Ejusdem epistola ad Desiderium.

11.° Ejusdem ad Severum epistolæ duæ de basilicarum dispositione.

12.° Ejusdem epistola & versus ad Jovium.

13.° *Ausonii* versus ad Paulinum, & *Paulini* versus ad Ausonium.

14.° Ejusdem *Paulini* versus ad Cytherium.

15.° Ejusdem versus de obitu Celsi pueri.

16.° Ejusdem versus de reditu Nicetæ, Episcopi.

17.° Ejusdem versus de psalmo centesimo trigesimo tertio, de primo & de secundo.

18.° Ejusdem epistolæ ad Macarium.

19.° Ejusdem epistola ad Pammachium.

20.° Ejusdem ad Severum epistolæ duæ.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXXIII.

Codex membranaceus, primum Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Cyrilli*, Episcopi Alexandrini, anathematismi duodecim adversùs Nestorium, Constantinopolitanum.

2.° Concilii quinti anathematismi adversùs Arium & cæteros hæreticos, & adversùs trium capitulorum authores.

3.° Definitio capitulorum sancta & apostolica synodi urbis Romæ sanctissimorum Episcoporum.

4.° *Gennadii*, Massiliensis, definitio ecclesiasticorum dogmatum.

5.° Sermo

5.° Sermo dicendus antequam symbolum tradatur.

6. Symbolum Apostolorum : accedit commentarius.

7.° Expositio fidei, & testimonia Patrum de Trinitate.

8.° Episcoporum urbis Romæ catalogus à sancto Petro ad Adrianum usque, & ab Adriano ad Joannem XXII. sed manu recentiore, perductus.

9.° Notitia Provinciarum & Civitatum.

10.° Canones S. *Gregorii*, Papæ, sive potiùs excerpta è pœnitentiali Theodori, Cantuariensis.

11.° Adnotatio de synodis.

12.° Collectanea varia de dogmatibus fidei, & de disciplina ecclesiastica.

13.° Formulæ *Marculfi*.

14.° Fragmentum de ponderibus & mensuris : authore anonymo.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM CXXIV.

Codex membranaceus, quo continetur *Cyrilli*, Alexandrini Patriarchæ, expositio in Joannis evangelium, à *Georgio Trapezuntio* Latinè versa.

Is codex sub finem sæculi decimi quinti exaratus videtur.

IIM CXXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Cassiani*, Monachi, de institutis cœnobiorum & octo principalium vitiorum remediis libri novem priores integri, & decimi folium primum.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur :

1.° *Cassiani* de institutis cœnobiorum libri duodecim : præmittuntur S. *Castoris*, Aptensis, ad Cassianum epistola, & *Cassiani* prologus ad Castorem.

2.° Ejusdem collationes : prima integra & secundæ initium desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° *Joannis Cassiani* libri duodecim de institutis cœnobiorum, & de octo capitalibus vitiis : finis desideratur.

2.° Ejusdem collationes Patrum in Sceti degentium : initium desideratur.

3.° Genealogia Regum Francorum, à Merovæo ad Ludovicum sextum.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° *Cassiani* de cœnobiorum institutis libri duodecim.

2.° Ejusdem decem collationes sanctorum Patrum.

3.° *Richardi de Sancto Victore* tractatus de potestate ligandi atque solvendi.

4.° Ejusdem liber de spiritu blasphemiæ.

5.° Ejusdem epistola; quomodò Pater & Filius diligunt se Spiritu sancto.

6.° *Senecæ* epistolæ nonaginta duæ : præmittuntur sancti *Pauli* & *Senecæ* epistolæ mutuæ.

7.° Excerptum ex orthodoxis, catholicis Patribus de sacramento Altaris.

8.° Symboli expositio à sancto *Hieronymo* edita.

9.° Ejusdem epistola ad Nepotianum, de vita Clericorum.

10.° Ejusdem epistola ad Paulinum, Presbyterum, de institutione Clericorum, vel Monachorum.

11.° Ejusdem epistola ad Oceanum, de vita Clericorum.

12.° Ejusdem epistola ad Avitum, de erroribus Origenis & libris περὶ ἀρχῶν.

13.° Symbolum de fide concilii Nicæni expositum.

14.° Sancti *Hieronymi* liber adversùs Vigilantium.

15.° Sancti *Dionysii Areopagitæ* epistola ad Demophilum, Monachum superbum, de propria mansuetudine & bonitate.

16.° Anonymi sermo in illud : *Sapientiam loquimur inter perfectos*.

17.° Excerpta varia ex antiquis Patribus & concionibus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CXXIX.

Codex membranaceus, olim D. Dufresne. Ibi continentur *Cassiani*, Monachi, de institutis cœnobiorum libri duodecim : singulis libris præmittuntur index capitum & figuræ non inelegantes; ad calcem subjectus index alphabeticus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CXXX.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° *Joannis Cassiani* de cœnobiorum institutis libri duodecim: præfixa est præfatio, in cujus titulo Cassianus primus cœnobii Massiliensis Abbas fuisse dicitur: ad calcem verò subjiciuntur nonnulla de Christi Domini physionomia.

2.° Ejusdem collationes.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CXXXI.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° *Joannis Cassiani* de cœnobiorum institutis libri duodecim.

2.° Ejusdem collationes Patrum: sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CXXXII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° *Cassiani* de institutis cœnobiorum & octo principalium vitiorum remediis libri duodecim.

2.° Ejusdem collationum libri decem.

Is codex sæculo decimo quinto videtur exaratus.

IIM CXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Excerpta è Cassiani institutis cœnobiorum & collationibus Patrum.

2.° *Anselmi*, Cantuariensis, exhortatio ad contemptum temporalium & desiderium æternorum.

3.° Tractatus de quatuordecim beatitudinibus, quarum septem ad animam, septem ad corpus pertinent.

4.° Tractatus de humilitate è sanctorum Patrum Augustini, Bernardi, Cassiani, Eusebii & Gregorii scriptis concinnatus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CXXXIV.

Codex chartaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Flores Cassiani de habitu & institutis Monachorum.

2.° *Petri Alfonsi*, ejurata Judaïca religione Christiani, disputatio adversus Judæos.

3.° Flores ex Helinandi, Belvacensis Monachi, scriptis moralibus.

4.° *Joannis*, Archiepiscopi Toletani, Arragonum Regis filii, sermones varii.

5.° Anonymus de operibus & virtutibus beatæ Mariæ Virginis.

6.° Anonymi sermones varii.

7.° Dictionarium ordine alphabetico dispositum, incipiens à voce Academia.

8.° Anonymi sermones partim Latina, partim Gallica lingua scripti.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CXXXV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° *Cassiani* collationes: præmittuntur nonnulla de sancto Antonio.

2.° Vita sancti Pachomii, è Græca lingua in Latinam à *Dionysio Exiguo* conversa.

3.° Anonymus de Monachis, vitæ sanctitate insignibus, quos in peragrandis Thebaïdos monasteriis ei vidisse contigerat.

4.° Necrologium, manu, ut videtur, Bernardi Iterii scriptum.

5.° Varia ad annum 1159. & sequentes spectantia, ænigmaticèque proposita.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur, si tamen hæc duo postrema opuscula excipias.

IIM CXXXVI.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur *Cassiani* collationum libri decem.

Is codex jussu Abbatis Gerardi ab Algrimo, Monacho, sæculo, ut videtur, decimo exaratus est.

IIM CXXXVII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur *Cassiani*, Monachi, collationes: nonnulla initio desiderantur.

Is codex partim decimo, partim duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur collationes Patrum in Sceti degentium: authore *Joanne Cassiano*: nonnulla sub finem desiderantur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXXXIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Cassiani*, Monachi, collationum libri septem priores.

2.° Sancti *Hieronymi* sermo de nativitate beatæ Mariæ Virginis.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Cassiani*, Presbyteri Massiliensis, collationes.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CXLI.

Codex membranaceus, quo continentur *Cassiani*, Monachi, collationum libri quatuordecim.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CXLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Cassiani* decem collationes Patrum.

2.° Sancti *Gregorii*, Papæ, admonitio de præceptis Ecclesiæ; sive potiùs admonitio synodalis antiqua ad Presbyteros.

3.° Formula confessionis & interrogationis peccatorum.

4.° Anonymi opusculum de septem principalibus vitiis.

5.° Abbatis *Joachim* expositio in Apocalypsim.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CXLIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Cassiani*, Bethleemitici Presbyteri, de Incarnatione Verbi libri novem.

2.° Beati *Leonis*, Papæ, ad Flavianum, Constantinopolitanum Episcopum, & *Flaviani* ad Leonem epistolæ mutuæ.

3.° Ejusdem *Leonis* ad Julianum, Episcopum, epistola de Eutychis hæresi.

4.° *Eusebii*, Mediolanensis Episcopi, ad Leonem epistola.

5.° *Ravennii* & aliorum Episcoporum Gallorum ad Leonem Papam epistola, ubi de hujus fidei laudibus.

6.° Sancti *Leonis* epistola ad Palæstinos.

7.° Epistola *Leonis*, Papæ, ad Leonem Augustum.

8.° *Anselmi*, Cantuariensis, opus de Trinitate.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CXLIV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Præcepta ad mores informandos idonea, è vitis Patrum & Cassiani collationibus excerpta: ad calcem hæc leguntur; *Expliciunt sermones sanctorum Patrum interpretati de Greco in Latinum à Pelagio, sanctæ Romanæ ecclesiæ Diacono, & Joanne, Subdiacono.*

2.° Correctiones Patrum.

3.° Sententiæ Patrum: ibidem nonnulla de spirituali sæculo.

4.° Nonnulla de sancto Augustino & aliis.

5.° Sancti *Hieronymi* ad Eustochium epistola.

6.° Ejusdem epistola ad matrem & filiam.

7.° Ejusdem epistola ad Demetriadem.

8.° Descriptio cujusdam sapientis de Antichristo, ad Gerbergam Reginam, Henrici Saxonum nobilissimi Regis filiam.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXLV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Petri Chrysologi*, Ravennatis Episcopi, sermones & homiliæ per annum recitandæ.

2.° Ejusdem epistola ad Eutychen, Presbyterum.

3.° Excerpta è variis authoribus.

4.° *Fulberti*, Carnotensis Episcopi, ad Fratrem H. epistola de restauratione Ecclesiæ.

5.° Anonymi expositio in Canticum canticorum.

6.° Fragmentum expositionis in nonnulla Novi Testamenti loca.

7.° Fragmentum expositionis in Genesim.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CXLVI.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur *Petri Chrysologi*, Ravennatis Episcopi, sermones & homiliæ pro Dominicis & festis.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Chrysologi*, Episcopi Ravennatis, sermones centum septuaginta sex: præfixa *Felicis* præfatio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CXLIX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Marii Mercatoris* opera, ex exemplari Vaticano, quondam Palatino, & è Bellovacensi descripta.

Is codex manu recentissima sæculo decimo octavo videtur exaratus.

IIM CL.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Prosperi,* seu potiùs *Juliani Pomerii* de vita contemplativa libri tres: singulis præfixus capitum index.

2.° Sancti *Augustini* liber de bono conjugali.

3.° Ejusdem liber de virginitate.

4.° Anonymi sermo in illud Apostoli: *Nox præcessit, dies autem adpropinquavit.*

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Prosperi,* seu potiùs *Juliani Pomerii* de vita contemplativa libri tres: singulis præfixus capitum index.

2.° Sancti *Augustini* epistola ad Januarium.

3.° Sancti *Ambrosii* liber de sanctissima Trinitate.

4.° Sancti *Augustini* liber de conflictu vitiorum & virtutum.

5.° Ejusdem dialogus cum Orosio.

6.° Ejusdem sermo de decem chordis: præfixi versus in laudem hujusce operis.

7.° Sancti *Hieronymi* expositio psalmorum: finis desideratur; præfixa *Damasi,* Papæ, ad Hieronymum epistola.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Prosperi,* vel potiùs *Juliani Pomerii* libri tres de vita contemplativa: præmittuntur prologus & capitum index.

2.° *Isidori Junioris* de synonymis libri duo.

3.° Sententiæ sanctorum Patrum, qualiter miles Christi caritatem habere debeat.

4.° *Martini,* Episcopi, libellus ad Mironem Regem, de quatuor virtutibus cardinalibus.

5.° Sancti *Augustini* sermo de corporis & animæ misera vita.

6.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia de patientia & gratiarum actione.

7.° Sancti *Augustini* sermo ad omnes, maximè monachos & viduas.

8.° Ejusdem sermo de oratione & eleemosyna.

9.° Ejusdem sermo de misericordia.

10.° Ejusdem sermo de concordia fratrum.

11.° Ejusdem sermo de muliere curva.

12.° Ejusdem sermo de pœnitentia.

13.° Ejusdem sermo de arbore interdicta.

14.° Ejusdem sermo de virginitate S. Mariæ.

15.° Ejusdem sermo de non cogitando de crastino.

16.° Sancti *Ambrosii* tractatus de pace.

17.° Ejusdem tractatus de falso amico.

18.° Anonymi sermo in natali Confessorum.

19.° Anonymi excerptum ex dictis sanctorum Patrum Augustini & Joannis Chrysostomi de Sacerdotibus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Prosperi,* Aquitani, de vita contemplativa libri tres.

2.° *Cæsarii,* Arelatensis, sermones undecim ad Monachos.

3.° Gesta Barlaami & Josaphat: authore sancto *Joanne Damasceno.*

4.° Homilia de placito indicto inter Christum & Diabolum.

5.° S. *Augustini* sermo de Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

6.° Hymnus in laudem sanctæ Mariæ Virginis, à sancto *Germano,* Patriarcha Constantinopolitano, rythmicè conscriptus.

7.° Tomus de partu ejusdem.

8.° Sermo in Annuntiatione ejusdem: finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Prosperi,* Aquitani, libri tres de vita contemplativa & activa.

2.° Sententiæ ex operibus sancti *Augustini* excerptæ.

3.° Lamentum & oratio peccatoris: incipit; *Me miserum! quid agam, &c.*

4.° Excerpta è sancti Augustini tractatu in Joannem.

5.° Fragmentum in quo differitur de illo versu psalmi quadragesimi: *Sedens adversùs fratrem tuum detrahebas.*

6.° Ejusdem homilia de confessione peccatorum.

7.° Ejusdem homilia de laudando Deo.

8.° Excerpta varia ex eodem.

9.° Anonymi homilia de natali sancti Augustini.

10.° Sancti *Augustini* admonitio, ut silentium in Ecclesia præbeatur.

11.° Edictum *Gregorii.*

12.° *Gregorii,* Martyris & Episcopi, necessaria fides.

13.° Excerpta è libro pastoralis regulæ sancti Gregorii, Papæ.

14.° Ejusdem responsio ad Augustinum de pollutione nocturna.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Prosperi* de vita activa & contemplativa libri tres.

2.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homiliæ septem de sancto Petro Apostolo, ab *Aniano* Latinè conversæ.

3.° Sancti *Bonaventuræ,* Cardinalis, regulæ theologicæ.

4.° Sancti *Anselmi,* Archiepiscopi Cantuariensis, monologion.

5.° Ejusdem proslogion.

6.° Ejusdem tractatus de concordia præscientiæ & prædestinationis cum libero arbitrio.

7.° Ejusdem tractatus de conceptu virginali.

8.° Ejusdem tractatus de libertate arbitrii.

9.° Ejusdem tractatus de casu Diaboli.

10.° Ejusdem libri duo: *Cur Deus homo.*

11.° Ejusdem epistola de azymo, adversùs Græcos.

12.° Ejusdem epistola de diversitate Sacramentorum Ecclesiæ.

13.° Ejusdem liber de Spiritu sancto.

14.° Ejusdem liber contra insipientem.

15.° Ejusdem liber contra respondentem pro insipiente.

16.° Ejusdem tractatus de veritate.

16.° Sancti *Joannis Damasceni* tractatus de Trinitate: finis desideratur.

18.° Sancti *Anselmi* epistola de Incarnatione Verbi.

19.° Ejusdem liber de grammatico.

20.° Ejusdem liber de similitudinibus.

21.° Sancti *Hieronymi* epistola ad Demetriadem.

22.° Sancti *Joannis Damasceni* tractatus de logica: initium desideratur.

23.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia, quòd nemo potest lædi nisi à semetipso.

24.° Sancti *Cypriani* liber de duodecim abusivis sæculi.

25.° Sancti *Augustini,* sive potiùs *Gennadii, Massiliensis,* liber dogmatum ecclesiasticorum.

26.° Anonymi sermo de Abbatibus.

27.° Anonymi sermo de Prioribus.

28.° Anonymi sermo de Monachis.

29.° Sancti *Joannis Damasceni* sententiarum libri quatuor; sive tractatus de orthodoxa fide.

30.° Anonymi expositio in salutationem Angelicam.

31.° Sancti *Anselmi,* Cantuariensis Archiepiscopi, liber de peccato originali.

32.° Ejusdem epistola de azymo.

33.° Ejusdem liber de sacramento Altaris.

34.° Ejusdem elucidarium: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CLVI.

Codex membranaceus, primùm Nicolai Fabri, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Prosperi* de vocatione gentium libri duo.

2.° Sancti *Leonis,* Papæ, epistola ad Juvenalem, Episcopum Hierosolymitanum, de hæresi Eutychiana.

3.° Ejusdem epistola ad Julianum, Episcopum.

4.° Ejusdem epistola ad Pulcheriam, Augustam.

5.° Ejusdem epistola ad Leonem, Augustum.

6.° Ejusdem epistola ad Constantinopolitanos.

7.° *Gennadii* liber ecclesiasticorum dogmatum.

8.° *Ferrandi,* Diaconi Carthaginensis, epistola ad Fulgentium, Episcopum, de quinque quæstionibus.

9.° *Fulgentii,* Episcopi Ruspensis, liber de quinque quæstionibus ad Ferrandum.

10.° Ejusdem libri tres ad Monimum, de ministerio Mediatoris.

11.° Ordo servicii per totum annum; ad usum ecclesiæ sanctorum Innocentium anno 1481. exaratus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus

videtur, si tamen postremum hunc articulum excipias.

IIM CLVII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° *Leonis*, Papæ, sermo in Quadragesima.

2.° Sanctæ Valeriæ, Virginis & Martyris, officium, cum notis musicis.

3.° *Smaragdi* commentarius in regulam sancti Benedicti.

4.° *Cassiani* tractatus de habitu Monachorum, Castori Papæ nuncupatus: in operis titulo Cassianus sanctus appellatur.

5.° Hymni quadragesimales, item hymnus de sancto Martiali.

6.° *Bedæ* sermo in Purificationem.

7.° Charta imperante Philippo Rege data, qua Umbertus Rabacerius unum è suis servis, hujusque liberos, Deo & sancto Martiali relinquit & donat.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM CLVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Leonis*, Papæ, de ordinatione sua sermones tres.

2.° Ejusdem de Collectis sermones quinque.

3.° Ejusdem sermones octo de jejunio decimi mensis.

4.° Ejusdem sermones decem de Nativitate Domini.

5.° Ejusdem sermones octo de Epiphania Domini.

6.° Ejusdem sermones duodecim de Quadragesima.

7.° Ejusdem homilia in illud: *Assumpsit Jesus Petrum & Jacobum.*

8.° Ejusdem sermones novemdecim de Passione Domini.

9.° Ejusdem de Paschate sermones duo.

10.° Ejusdem de Ascensione sermones duo.

11.° Ejusdem sermones tres de Pentecoste.

12.° Ejusdem sermones quatuor de jejunio Pentecostes.

13.° Ejusdem sermo in octava Apostolorum Petri & Pauli.

14.° Ejusdem sermo in natali sanctorum Petri & Pauli.

15.° Ejusdem sermo in festo sancti Laurentii.

16.° Ejusdem sermones novem de jejunio septimi mensis.

17.° Ejusdem homilia in illud: *Videns turbas Jesus, ascendit in montem.*

18.° Ejusdem tractatus contra hæresim Eutychetis.

19.° *Petri Chrysologi* epistola ad Eutychen, de illius erroribus.

20.° Sancti *Leonis*, Papæ, ad Flavianum, Episcopum Constantinopolitanum, epistola de Incarnatione.

21.° Ejusdem epistola ad Julianum, Episcopum Exoensem.

22.° Ejusdem epistola ad Leonem, Augustum.

23.° Ejusdem epistola ad Anastasium, Thessalonicensem Episcopum.

24.° Ejusdem ad Theodorum, Forojuliensem Episcopum, epistola de pœnitentia.

25.° Ejusdem epistola ad Rusticum, Narbonensem Episcopum.

26.° Ejusdem epistola ad Tornulum, Austorigensem Episcopum.

27.° Ejusdem epistola ad Nicætam, Aquileiensem Episcopum.

28.° *Aurelii*, Carthaginensis Episcopi, epistola de damnatione Pelagii atque Celestii, hæreticorum.

29.° Anonymi epistola, in qua Monachi de vita tumultuosa & temulenta redarguuntur.

30.° Sancti *Augustini* tractatus de vita & conversatione Sanctimonialium: finis desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLIX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Beati *Leonis*, Papæ, sermones tres de ordinatione sua.

2.° Ejusdem de Collectis sermones quinque.

3.° Ejusdem de jejunio decimi mensis sermones octo.

4.° Ejusdem de Nativitate Domini sermones decem.

5.° Ejusdem de Epiphania Domini sermones octo.

6.° Ejusdem de Quadragesima sermones duodecim.

7.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Assumpsit Jesus Petrum, &c.*

8.° Ejusdem de Passione Domini sermones viginti & unus.

9.° Ejusdem de Ascensione Domini sermones duo.

10.° Ejusdem de Pentecoste sermones tres.

11.° Ejusdem de jejunio Pentecostes sermones quatuor.

12.° Ejusdem sermo in octava Apostolorum Petri & Pauli.

13.° Ejusdem sermo in natali eorumdem.

14.° Ejusdem sermo in festo sancti Laurentii.

15.° Ejusdem de jejunio septimi mensis sermones novem.

16.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Videns Jesus turbas ascendit.*

17.° Ejusdem tractatus contra doctrinam Eutychis.

18.° Sancti *Gregorii Nazianzeni* apologeticus de fuga sua in Pontum: interprete *Rufino.*

19.° Ejusdem homilia de Jeremia.

20.° Ejusdem liber de Monachis.

21.° Ejusdem homilia de plaga grandinis.

22.° Sancti *Augustini* sermo in Pascha.

23.° Beati *Leonis,* Papæ, sermo de eodem argumento.

24.° Homilia in illud Matthæi: *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias.*

25.° Homilia in illud: *Exiit qui seminat.*

26.° Homilia in illud: *Ecce ascendimus.*

27.° Homilia in illud: *Ductus est Jesus in desertum.*

28.° Homilia in illud: *Egressus Jesus secessit.*

29.° Homilia in illud: *Cùm immundus spiritus exierit.*

30.° Homilia in illud: *Est puer unus hìc.*

31.° Homilia in illud: *Qui est ex Deo, &c.*

32.° Homilia in illud: *Cùm appropinquaret Jesus.*

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Leonis,* Papæ, sermones octo de jejunio decimi mensis: primi initium desideratur.

2.° Ejusdem sermones decem de Natali Domini.

3.° Ejusdem sermones octo de Epiphania.

4.° Ejusdem sermones duodecim de Quadragesima.

5.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Assumpsit Jesus Petrum & Jacobum, & Joannem fratrem ejus.*

6.° Ejusdem sermones viginti & unus de Passione Domini.

7.° Ejusdem sermones duo de Ascensione.

8.° Ejusdem sermones tres de Pentecoste.

9.° Ejusdem sermones quatuor de jejunio Pentecostes.

10.° Ejusdem sermo in octava Apostolorum Petri & Pauli.

11.° Ejusdem sermo in natali eorumdem.

12.° Ejusdem sermo in festivitate sancti Laurentii, Martyris.

13.° Ejusdem sermones novem de jejunio septimi mensis.

14.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Videns turbas Jesus, ascendit in montem.*

15.° Ejusdem tractatus contra hæresim Eutychetis.

16.° Visio quæ tempore Leonis, Papæ, Romæ contigit.

17.° Sancti *Augustini* sermo de Paschate.

18.° Sancti *Gregorii Nazianzeni* apologeticus de fuga sua in Pontum: *Rufino* interprete.

19.° Ejusdem oratio ad populum, postquam regressus est.

20.° Ejusdem oratio de Jeremia, dicta præsente Imperatore, apud quem intercedit pro quodam periclitante.

21.° Ejusdem homilia ad Monachos.

22.° Ejusdem homilia de grandinis vastatione.

23.° Sancti *Leonis,* Papæ, epistola ad Constantinopolitanos.

24.° Ejusdem epistola ad Aquileiensem Episcopum.

25.° Ejusdem epistola ad Flavianum, Episcopum Constantinopolitanum.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CLXI.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° Beati *Leonis,* Papæ, de ordinatione sua sermones tres.

2.° Ejusdem de Collectis sermones quinque.

3.° Ejusdem de jejunio decimi mensis sermones octo.

4.° Ejusdem epistola ad Flavianum, Constantinopolitanum Episcopum, de Incarnatione Domini.

5.° Ejusdem de Nativitate Domini sermones decem.

6.° Ejusdem de Epiphania sermones octo.

7.° Ejusdem de jejunio Quadragesimæ sermones duodecim.

8.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Assumpsit Jesus Petrum.*

9.° Ejusdem de passione Domini sermones novemdecim.

10.° Ejusdem de Resurrectione Domini sermones duo.

11.° Ejusdem de Ascensione Domini sermones duo.

12.° Ejusdem de solemnitate Pentecostes sermones duo.

13.° Ejusdem de jejunio Pentecostes sermones quatuor.

14.° Ejusdem de solemnitate Apostolorum Petri & Pauli sermones duo.

15.° Ejusdem sermo in octava eorumdem Apostolorum.

16.° Ejusdem de Machabæis sermo.

17.° Ejusdem sermo in passione sancti Laurentii.

18.° Ejusdem de jejunio septimi mensis sermones novem.

19.° Ejusdem homilia in illud: *Videns Jesus turbas, ascendit.*

20.° Ejusdem tractatus contra hæresim Eutychis.

21.° Ejusdem sermo de Absalon.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CLXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Leonis,* Papæ, sermones tres de ordinatione sua.

2.° Ejusdem sermones quinque de Collectis.

3.° Ejusdem sermones octo de jejunio decimi mensis.

4.° Ejusdem sermones decem de Natali Domini.

5.° Ejusdem sermones octo de Epiphania Domini.

6.° Ejusdem sermones duodecim de Quadragesima.

7.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Assumpsit Jesus Petrum & Jacobum, & Joannem fratrem ejus.*

8.° Ejusdem sermones viginti & unus de passione Domini.

9.° Ejusdem sermones duo de Ascensione Domini.

10.° Ejusdem sermones tres de Pentecoste.

11.° Ejusdem sermones quatuor de jejunio Pentecostes.

12.° Ejusdem sermones duo in natali Apostolorum Petri & Pauli.

13.° Ejusdem sermo in octava eorumdem.

14.° Ejusdem sermo de Machabæis.

15.° Ejusdem sermo in passione sancti Laurentii.

16.° Ejusdem sermones novem de jejunio septimi mensis.

17.° Ejusdem sermo adversùs Hæreticos.

18.° Ejusdem sermo de Absalon.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CLXIV.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Claudiani Mamerti* libri tres de statu animæ.

2.° *Chalcidii* commentarius in Timæum Platonis: conjecta sunt ad marginem brevia quædam scholia.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLXV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Claudiani Mamerti* libri tres de statu animæ: præmittitur capitum index.

2.° Ejusdem epistola ad Sapaudum, Rhetorem.

3.° Tabernaculi fœderis explanatio: authoris nomen non comparet.

4.° Anonymi opusculum, quo explicatur visio Ezechiëlis de cœlestibus animalibus: item de ædificio Ezechiëlis.

5.° Templi Salomonis expositio: authore venerabili *Beda.*

6.° Alia ejusdem Templi expositio, extracta ex venerabilis Bedæ homiliis super duo evangelia, quorum prius; *Non est arbor bona faciens, &c.* & posterius; *Facta sunt encœnia.*

7.° *Bedæ* opusculum de triginta quæstionibus, ad Nothelmum.

8.° Ejusdem ad eundem opusculum de octo quæstionibus: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CLXVI.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur *Fausti,* Regensis Episcopi, de gratia libri duo: utrique præfixus capitum index.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM CLXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Fausti*, Episcopi, sermones quatuor ad Monachos: præmittitur benedictio salis & hordei ad pecora vel ad jumenta, sive ad universa animalia.

2.° Sancti *Augustini* sermo de obedientia.

3.° Sancti *Cæsarii* sermones quatuor ad Monachos.

4.° Sententia *Paulini* ad Monachos, de pœnitentia.

5.° Sententia *Novati*, Catholici, de humilitate & obedientia, & de calcanda superbia.

6.° Sancti *Augustini* liber de bono disciplinæ.

7.° Ejusdem opusculum de eo quod scriptum est; *Bonitatem & disciplinam.*

8.° Ejusdem epistola ad Lætum, Diaconum.

9.° Sancti *Macarii* sermo ad Monachos.

10.° Sancti *Augustini* sermo de persecutione.

11.° Pœnitentia Theophili, vicedomini Athenarum.

12.° Excerpta ex epistolis sancti Augustini ad Parmenianum.

13.° *Isidori*, Episcopi Hispalensis, sententiarum libri tres.

14.° Ejusdem fragmentum de temporibus.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CLXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Sidonii Apollinaris* epistolæ: finis desideratur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM CLXIX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Sidonii Apollinaris* epistola ad Constantinum.

2.° Ejusdem epistola ad Agricolam.

3.° *Eusebii*, Emeseni, sermonum liber, è Græco sermone in Latinum ab anonymo conversus: præfixus illorum index; nonnulla passim desiderantur.

4.° *Sidonii Apollinaris* epistolæ quædam.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLXX.

Codex membranaceus, olim Claudii Puteani. Ibi continentur:

1.° *Sidonii Apollinaris* epistolarum libri novem: præmittitur illius vita è Gregorio Turonensi deprompta.

2.° *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, variarum libri undecim, exceptis quinto, sexto & septimo integris.

Is codex sub finem duodecimi sæculi exaratus videtur.

IIM CLXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Sidonii Apollinaris* epistolæ & carmina.

2.° *Ciceronis* liber de amicitia: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CLXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Salviani*, Massiliensis, adversùs avaritiam, præsertim Clericorum & Sacerdotum, libri quatuor.

2.° *Vincentii*, Lirinensis, tractatus, sub *Peregrini* nomine, contra novitates hæreticorum.

3.° *Theophili*, Episcopi Alexandrini, epistolæ tres Paschales.

4.° *Epiphanii*, Constantiensis, epistola ad sanctum Hieronymum.

5.° Epistola sancti *Hieronymi* ad Theophilum, Episcopum.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CLXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Timothei*, sive *Salviani*, Massiliensis, ad universalem Ecclesiam libri quatuor.

2.° Excerpta è sanctis Ambrosio & Augustino.

3.° *Vincentii*, Lirinensis, sub nomine *Peregrini*, tractatus pro catholicæ fidei antiquitate & universitate, contra profanas omnium hæreticorum novitates.

4.° *Theophili*, Episcopi Alexandrini, epistolæ tres Paschales ad totius Ægypti Episcopos.

5.° *Epiphanii* epistola ad sanctum Hieronymum.

6°. Sancti *Hieronymi* epistolæ duæ ad Theophilum, Episcopum: secundæ finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CLXXIV.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Salviani*, Presbyteri Massiliensis, de gubernatione & providentia Dei libri octo.

2.° Nonnullarum ejusdem epistolarum fragmenta.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus est, si tamen fragmenta excipias, quæ ad sæculum undecimum videntur referenda.

IIM CLXXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Gennadii* liber de dogmatibus ecclesiasticis.

2.° Sancti *Gregorii*, Papæ, expositio in Matthæi evangelium.

3.° Ejusdem expositio in Marcum.

4.° Ejusdem expositio in Joannem.

5.° *Isidori* liber de interpretatione nominum Veteris & Novi Testamenti.

6.° Liber de septiformi Spiritu sancto: authoris nomen non comparet.

7.° Anonymi quæstiones de litteris, vel singulis earum causis, & de gradibus ecclesiasticis.

8.° Dicta *Leonis*, Episcopi, sive ejus professio fidei.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM CLXXVI.

Codex membranaceus, olim Philippi Drouin. Ibi continentur:

1.° *Gennadii* liber ecclesiasticorum dogmatum.

2.° Variorum Abbatum collationes.

3.° Sancti *Augustini* tractatus de pœnitentia.

4.° Sancti *Fulgentii* liber de fide Trinitatis, ad Petrum, Diaconum.

5.° Sancti *Hieronymi* epistolæ variæ.

6.° Sancti *Augustini* epistola ad sanctum Hieronymum, de origine animæ.

7.° Anonymi commentarius in Canticum canticorum.

8.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo in natali sancti Joannis Baptistæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CLXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur *Ennodii*, Ticinensis Episcopi, opera eadem quæ Sirmundus edidit.

Is codex sæculo decimo quinto ineunte exaratus videtur.

IIM CLXXVIII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur:

1.° *Boëtii* liber de Trinitate, cum commentario: initium desideratur.

2.° Ejusdem liber de Hebdomadibus, cum commentario *G.* Pictaviensis Episcopi.

3.° Sancti *Augustini* & aliorum ad ipsum epistolæ.

4.° Ejusdem libri duo de sermone Domini in monte.

5.° Ejusdem liber de perfectione justitiæ.

6.° *Ricardi* de Trinitate libri sex.

7.° Sancti *Augustini* liber de libero arbitrio.

8.° Ejusdem de doctrina christiana libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi opus, cujus is est titulus: Tabula brevis secundùm ordinem alphabeti, in libros Boëtii de Trinitate, de Hebdomadibus, de duabus naturis & una persona Christi, & de consolatione.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CLXXX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° S. *Fulgentii*, Ruspensis Episcopi, libri quatuor adversùs Thrasimundum, Regem.

2.° Ejusdem libri tres de mysterio Mediatoris.

3.° Ejusdem epistolæ numero septem.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CLXXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Cæsarii*, Arelatensis Episcopi, admonitiones quadraginta duæ.

2.° *Eusebii*, Emeseni, sermones duodecim de Resurrectione Domini.

3.° B. *Eucherii*, Lugdunensis Archiepiscopi, ad Hilarium, Arelatensem, epistola de laude eremi.

4.° Ejusdem de quæstionibus difficilioribus Veteris & Novi testamenti libri duo.

5.° Ejusdem ad Veranum liber de formula spiritalis intelligentiæ.

6.° B. *Salviani* ad Eucherium, Lugdunensem Episcopum, epistola.

7.° Sancti *Hilarii* epistola ad eundem.

8.° *Paciani*, Episcopi, ad Sempronianum, Novatianum, epistolæ de catholico nomine.

9.° Ejusdem epistola ad eumdem contra tractatus Novatianorum.

10.° Ejusdem sermo de baptismo.

11.° Ejusdem sermo de pœnitentibus.

12.° *Justiniani*, Imperatoris, edictum, rectæ fidei confessionem continens & refutationem hæreseon quæ adversantur Ecclesiæ Dei catholicæ.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° *Justi*, Episcopi Orgellitani, commentarius in Canticum canticorum, Sergio Papæ nuncupatus.

2.° Opusculum inscriptum: Synonyma *Ciceronis*: præmittitur epistola ad Veterium, quæ minùs rectè Ciceroni tribuitur, ut legenti patebit.

3.° Albini Magistri & Caroli Regis dialogus de rhetorica.

4.° *Alcuini*, Abbatis, ad Carolum, Regem Francorum, de conversione Saxonum atque Hunnorum epistola.

5.° Anonymi opusculum, quo primum Geneseos caput explicatur: titulus & nomen authoris desiderantur.

6.° *Flacci* epistola ad Regem Davidem in illud Lucæ: *Qui non habet gladium, vendat tunicam suam.*

7.° Anonymi tractatus de octo principalibus vitiis.

8.° Expositio Passionis Domini secundùm Matthæum: authoris nomen non comparet.

9.° Anonymi computus ecclesiasticus.

10.° Anonymus de vera quarumdam vocum significatione, illarumque scribendarum ratione.

11.° Glossæ veteres.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM CLXXXIV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° S. *Facundi*, Hermianensis Episcopi, ad Imperatorem Justinianum libri duodecim de defensione trium capitulorum: præmittuntur fragmenta, ubi de tribus illis capitulis.

2.° Ejusdem liber contra Mucianum.

Is codex, quo usus est Sirmundus in sua Facundi editione, recentiori manu exaratus est.

IIM CLXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Primasii*, Africani, commentariorum in Apocalypsim libri quinque: quartus integer & quinti finis desiderantur.

2.° Nonnulla ad officium ecclesiasticum pertinentia.

3.° Anonymi commentarius in Apocalypsim: initium & finis desiderantur.

Hujusce codicis pars decimo, pars undecimo sæculo exarata videtur.

IIM CLXXXV. A.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continentur *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, variarum libri novem: sequitur ejusdem liber de anima.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

IIM CLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Cassiodori* variarum liber octavus & sequentes.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CLXXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Cassiodori* variarum explicationum libri.

2.° Ejusdem liber de anima.

3.° *Joannis*, Papæ, epistola ad Guillelmum Coste, ubi de dissidiis ipsum inter & Manfredum de Vico, Præfectum Urbis, certiorem se fieri jubet.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° *Cassiodori* variarum libri quinque.

2.° Ejusdem liber de anima: præfixus est capitum index.

3.° Ejusdem liber de amicitia.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CLXXXIX.

Codex chartaceus, quo continentur *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, variarum libri: finis, & multa passim folia desiderantur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CXC.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur *Aurelii Cassiodori* variarum libri duodecim: præfixus index capitum octo priorum librorum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CXCI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, variarum libri duodecim.

2.° *Sidonii Apollinaris* epistola ad Candidianum.

3.° Ejusdem epistola ad Eleutherium.

4.° Ejusdem epistola ad Agricolam.

5.° Ejusdem epistola de actionibus divinis.

6.° *Aurelii Cassiodori* liber de anima.

7.° Anonymi compendium philosophiæ moralis, abbreviatum è libro qui dicitur Ægidii de regimine Principum.

8.° Proverbia ordine alphabetico distributa: quod opus *Senecæ* tribuitur.

9.° *Francisci Petrarchæ* psalmi septem super propriis miseriis.

10.° Ejusdem orationes quatuor adversùs quemdam Medicum Papæ.

11.° Eremi encomium: authore eodem.

12.° Epistola ad Nicolaum de Azarolis, Senescalcum Regis Ludovici, de moribus quibus instrui Principes decet: authore eodem.

13.° Ejusdem epistola consolatoria ad quemdam Monachum ordinis Cisterciensis, olim ejus socium.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CXCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, variarum libri duodecim: ad calcem subjicitur ejusdem liber de anima.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CXCIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Cassiodori* variarum libri duodecim: accedit liber de anima.

2.° *Leonis I.* Papæ, epistola ad Juvenalem, Episcopum Hierosolymitanum, de hæresi Eutychiana: sequuntur aliæ ejusdem argumenti epistolæ.

3.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia prima in Ezechielem.

4.° *Bernardi Bazim*, Canonici Cæsaraugustani, tractatus de magicis artibus & magorum maleficiis.

5.° *Joannis de Gersonno*, Cancellarii Parisiensis, tractatus de regulis mandatorum.

6.° *Rabbi Samuëlis*, Judæi, ad Rabbi Isaac, Judæum, epistola Hebraïca de prophetiis Veteris Testamenti, qua lex Judaïca destruitur, christiana verò religio approbatur: Latinè vertit *Alphonsus Bonihominis*, Hispanus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Cassiodori*, viri Senatoris, commentarius in psalmos quinquaginta priores.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXCV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continetur *Cassiodori* commentarius in quinquaginta psalmos priores: initio codicis reperiuntur epistolarum duarum fragmenta, priori subscripserunt domnus Ebulus, Episcopus, Ranulfus Abbas, Abbo Monachus & alii; in altera autem mentio fit Parisinæ sedis, & monasterii sancti Martialis.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM CXCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Aurelii Cassiodori* expositio in Psalmos, à primo scilicet ad quinquagesimum, cujus finis desideratur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, expositio in Psalmos, à centesimo undecimo ad ultimum: in centesimo undecimo initium, in ultimo finis desiderantur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CXCVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur *Cassiodori*, viri Senatoris, expositio in quinquaginta posteriores psalmos.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Aurelii Cassiodori,* viri Senatoris, liber de septem disciplinis.

2.° Ejusdem computus Paschalis.

3.° Epitome artis rhetoricæ: authore *Julio Severiano.*

4.° Sancti *Basilii* homiliæ novem in Hexameron: interprete *Eustachio,* Diacono; manu recentiore.

5.° *Bedæ* libri primi de tabernaculo initium: item manu recentiore.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM CCI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Aurelii Cassiodori* liber de anima: præmittuntur orationes ad Deum.

2.° S. *Augustini* liber de vera religione.

Is codex sub finem undecimi sæculi exaratus videtur.

IIM CCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Cassiodori* tractatus de anima: initio voluminis occurrit fragmentum ad logicam pertinens.

2.° Anonymi tractatus de unica Trinitate; incipit: *Ingenio summæ inquisitionis.*

3.° Symbolum, cujus author fertur S. Augustinus.

4.° Sancti *Augustini* disputatio contra Felicianum, hæreticum.

5.° Ejusdem liber ad Paulum & Eutropium de perfectione justitiæ hominum.

6.° Ejusdem epistolæ duæ ad Valentinum, Monachum Adrumetinum.

7.° Ejusdem liber de gratia & libero arbitrio, ad eumdem.

8.° Ejusdem liber de correctione & gratia, ad eumdem.

9.° Aliud fragmentum ad dialecticam pertinens: initium & nomen authoris desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CCII. *A.*

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° *Cassiodori,* Ravennatis Episcopi, liber scintillarum; sive collectanea è sacris Scripturis & Patrum scriptis, de virtutibus & vitiis: præfixus index; porro bis in hoc uno titulo videtur peccavisse librarius: primùm quòd Cassiodorum, Ravennatem Episcopum, appellat; iterùm, quòd librum scintillarum, qui Bedæ est, Cassiodoro tribuit.

2.° Sancti *Augustini* sermones quinque in vigiliis Paschæ.

3.° Sancti *Bernardi* homiliæ in Annuntiationem Deiparæ: manu recentiore.

4.° *Justiniani* institutionum pagina prima.

5.° Excerptorum fragmenta è sanctis Gregorio & Augustino.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Joannis Climaci* scala paradisi, ab anonymo Latinè conversa: conjecta sunt ad marginem scholia nonnulla.

2.° Sancti *Joannis Chrysostomi* epistola à Cucuso in Cilicia, ubi exulabat, missa ad Cyriacum Episcopum, pariter exulantem.

3.° Sancti *Maximi,* Monachi, authoritates exceptuatæ de expositione quam fecit quorumdam verborum Gregorii, Theologi.

4.° Testamentum sancti *Francisci.*

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CCIV.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° *Gregorii Turonensis* liber de gloria Martyrum.

2.° Ejusdem liber de passione & virtutibus sancti Juliani.

3.° Ejusdem libri quatuor de virtutibus sancti Martini.

4.° Ejusdem vitæ Patrum.

5.° Ejusdem liber de gloria Confessorum: præfixus capitum index.

6.° Octodecim priora capita vitæ sancti Martini, versibus scriptæ à *Fortunato,* Presbytero: præmittitur procemium, & ipsum versibus scriptum.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM CCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii Turonensis* libri duo: primus de gloria beatorum Martyrum, secundus de passione & virtutibus sancti Juliani, Martyris.

2.° Ejusdem libri quatuor de virtutibus sancti Martini: singulis libris præfixus index capitum.

3.° Ejusdem liber de vitis Patrum.

4.° Ejusdem liber de gloria beatorum Confessorum: sex postrema capita desiderantur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCVI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri vigesimus tertius & tres sequentes: initium & finis desiderantur.

Is codex litteris uncialibus scriptus, ad octavum sæculum referendus videtur.

IIM CCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri triginta quinque.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCVIII.

Codex membranaceus, duobus voluminibus constans, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri triginta quinque: ad calcem libri decimi quinti nonnulla desiderantur; accedunt in secundo volumine exemplar chartæ anno 1126. datæ, & consuetudines Cluniacenses, quæ sancto *Udalrico* tribuuntur.

Is codex jussu Ademari, Abbatis sancti Martialis, à Monacho quodam, nomine Arleio, sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM CCIX.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur moralia sancti *Gregorii*, Papæ, in Job, à libro decimo octavo ad trigesimum quintum.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri tredecim posteriores, à vigesimo tertio scilicet ad ultimum.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXI.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Gregorii*, Papæ, commentariorum in Job libri triginta quinque: ad calcem occurrunt decem versus in sancti authoris laudem.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri sexdecim priores.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXIII.

Codex membranaceus, duobus voluminibus constans, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri triginta quinque: præmittuntur 1.° *Taionis*, Cæsaraugustani, ad Eugenium, Toletanum Episcopum, litteræ de suis sententiarum libris è Gregorio collectis: 2.° *Windasvindi*, Gothorum Regis, decretum de ejusdem moralium inventione.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXIV.

Codex membranaceus, duobus voluminibus constans, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri triginta quinque.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXV.

Codex membranaceus, quo continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri XXIV. XXVI. XXVII. XXVIII. & XXIX. omnes aliqua ex parte minuti, si vigesimum septimum & vigesimum octavum exceperis.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri quinque ultimi: sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri tredecim, ab undecimo scilicet, ad vigesimum tertium, cujus finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CCXVIII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, moralium in Job libri sexdecim priores: præfixum ejusdem ad Leandrum, Episcopum,

procemium; ad calcem verò subjiciuntur nonnulla ad grammaticam pertinentia.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CCXIX.

Codex membranaceus, olim Francisci Petrarchæ. Ibi continentur sancti *Gregorii Magni* explanationum in Job libri septemdecim priores.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CCXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, commentariorum in Job libri octodecim priores: decimi octavi finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

IIM CCXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri novem posteriores.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri triginta quinque: ad calcem subjectus capitum index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXIII.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur sancti *Gregorii Magni* moralium in Job libri triginta quinque: initium prologi desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri quinque priores & sexti initium: præmittitur textus Job, cum Hieronymi prologo.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri quatuordecim priores.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri decem priores.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri duodecim, ab undecimo scilicet ad vigesimum secundum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri duodecim, ab undecimo scilicet ad vigesimum secundum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri tredecim posteriores, à vigesimo tertio scilicet ad trigesimum quintum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri posteriores, à vigesimo tertio ad ultimum.

2.° Venerabilis *Bedæ* tractatus de sanctissima Trinitate.

3.° Nonnulla de Septuagesima & Sexagesima.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXXI.

Codex membranaceus, tribus constans voluminibus, olim Cardinalis Borbonii. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, moralium libri triginta quinque.

Ad hujusce codicis calcem hæc reperias: *Illustrissimo & reverendissimo Joanni, Presbytero, Cardinali de Aragonia, Joannes Rainaldus Mennius anno millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, quod benè vortat, transcripsit.*

IIM CCXXXII.

Codex membranaceus, quo continentur

sancti *Gregorii,* Papæ, moralium in Job libri triginta quinque: præmittuntur ejusdem epistola ad Leandrum, Episcopum, & prologus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXXIII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, commentariorum in Job libri octodecim posteriores.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is est titulus: Tabula super moralia Gregorii, Papæ: edita à reverendo in Christo Patre domino *Roberto de Fonteneto,* Abbate Sancti Dionysii in Francia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CCXXXV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur sancti *Gregorii,* Papæ, commentarius in Psalmos, à psalmo septimo, cujus initium desideratur, ad psalmum centesimum trigesimum tertium.

Is codex litteris uncialibus scriptus, ad octavum sæculum referendus videtur.

IIM CCXXXVI.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, expositiones in Ezechiëlem: initio occurrunt fragmenta, in quibus de rebus chronologicis, de Paschate, & de intervallis planetarum differitur; occurrunt prætereà numismata quædam rudi penicillo delineata, ad quintum vel ad sextum sæculum referenda.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CCXXXVII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur sancti *Augustini* de doctrina christiana libri quatuor.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de doctrina christiana libri quatuor.

2.° Ejusdem liber de Donatistarum correptione, ad Bonifacium.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM DCCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* de Genesi ad litteram libri duodecim: ultimi finis desideratur.

Is codex ad octavum vel nonum sæculum referendus videtur.

IIM DCCVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber catholicæ fidei, sive speculum.

2.° Ejusdem soliloquia.

3.° Ejusdem meditationes, sive soliloquia de quærendo Deo.

4.° Ejusdem orationes in psalmum quinquagesimum.

5.° Ejusdem liber de contemptu miseræ hujus vitæ, & de timore pœnarum æternarum.

6.° Ejusdem manuale verbi Dei, seu de contemplatione Jesu Christi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Speculum peccatorum, sancto *Augustino* tributum.

2.° *Evagrii*, Episcopi, proverbia è Græco sermone in Latinum conversa.

3.° Sancti *Hieronymi* liber de Malcho, Monacho.

4.° Ejusdem liber de vita Pauli, Eremitæ.

5.° Vita sanctæ Euphrosynes, Virginis.

6.° Vita sanctæ Mariæ Ægyptiæ: authore *Paulo*, Neapolitano Diacono.

7.° Vita sancti Hilarionis: authore *Hieronymo*.

8.° Sancti *Bernardi* meditationum liber.

9.° Ejusdem homiliæ quatuor in salutationem Angelicam.

10.° *Innocentii III.* Summi Pontificis, de contemptu mundi, seu de miseria conditionis humanæ libri tres.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* quæstiones in Vetus & Novum Testamentum.

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

IIM DCCX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Orosii* quæstiones & sancti *Augustini* responsiones in Vetus & Novum Testamentum.

2.° *Gelasii*, Papæ, decretum de recipiendis & non recipiendis libris.

3.° Sententia Papæ *Leonis* de apocrypha scriptura.

4.° Anonymi quæstiones & responsiones de rebus theologicis.

5.° Anonymi sermo de beatitudinibus.

6.° Anonymi tractatus de officio missæ.

Hujusce codicis pars prior sæculo decimo, altera duodecimo videtur exarata.

IIM DCCXI.

Codex membranaceus, olim Rogerii de Gaignieres. Ibi continentur:

1.° Liber interrogationum *Orosii* & responsionum *Augustini*.

2.° *Ivonis*, Carnotensis Episcopi, liber de sacramentis Neophytorum.

3.° Ejusdem liber de sacrorum ordinum excellentia.

4.° Ejusdem liber de significationibus indumentorum sacerdotalium.

5.° Idem de convenientia veteris & novi sacrificii.

6.° Sancti *Anselmi*, Cantuariensis Episcopi, epistola, inter editas centesima quinta.

7.° Magistri *Hugonis de Sancto Victore* tractatus de arca Noë.

8.° Sancti *Bernardi* opusculum de gratia & libero arbitrio, ad dominum Willelmum, Abbatem sancti Theodorici.

9.° Expositio orationis Dominicæ: authore anonymo.

10.° Expositio symboli: authore anonymo.

11.° Anonymi homilia de patrefamilias qui nuptias filio suo fecit.

12.° *Ivonis*, Carnotensis Episcopi, sermo, quare Deus natus & passus sit.

13.° Excerpta è sancti Augustini commentariis in psalmos CXIX. CXX. & CXXI.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber ad Orosium.

2.° Ejusdem liber contra quinque hæreses.

3.° Ejusdem soliloquiorum libri duo.

4.° Ejusdem liber de contemptu miseræ hujus vitæ & de timore pœnarum æternarum.

5.° Ejusdem orationes super psalmum quinquagesimum.

6.° Ejusdem manuale, seu de contemplatione Jesu Christi.

7.° Ejusdem liber catholicæ fidei, sive speculum.

8.° Ejusdem liber octoginta trium quæstionum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM DCCXIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur sancti *Augustini* libri duo de sermone Domini in monte: secundi finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXIV.

Codex membranaceus, olim DD. de

Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de sermone Domini in monte libri duo.

2.° Venerabilis *Bedæ* expositio allegorica in librum Tobiæ: finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* libri duo de sermone Domini in monte.

2.° Ejusdem epistola ad Probam, de orandi modo.

3.° Ejusdem sermo in illud Apostoli: *Caro concupiscit adversùs spiritum.*

4.° Ejusdem sermo de beatitudinibus secundùm Matthæum.

5.° Ejusdem epistola ad Sebastianum.

6.° Ejusdem epistola secunda ad Probam.

7.° Ejusdem epistola ad Publicolam.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de sermone Domini in monte libri duo.

2.° Ejusdem sermo de decem plagis & præceptis Dei.

3.° Ejusdem sermo de Jesu, filio Nave.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXVII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* quæstiones in Matthæum: præmittuntur prologus & capitum index.

2.° Acta concilii Aquileiensis contra Arianos.

3.° Sancti *Ambrosii,* Mediolanensis Episcopi, liber de fide.

4.° Passio sancti Cyrici, versibus scripta & tribus libris comprehensa.

5.° Ejusdem translatio.

6.° Passio sanctorum Nerei & Achillei.

7.° Passio sancti Pancratii.

Hujusce codicis pars major decimo sæculo, pars altera duodecimo exarata videtur.

IIM DCCXVIII.

Codex membranaceus, formâ oblongâ, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* sermones decem in Joannis epistolam: præmittitur breve chronicum Regum Franciæ, à Merovæo scilicet ad Pipinum, sed ex quo tantum colligas quot annos illorum unusquisque imperaverit.

2.° Ejusdem liber de libero arbitrio ad Valentinum, Monachum Adrumetinum.

3.° Ejusdem liber de correptione & gratia, ad eundem Valentinum.

4.° Ejusdem, sive potiùs *Gennadii,* Massiliensis, liber de definitionibus ecclesiasticorum dogmatum.

5.° Ejusdem liber de fide ad Petrum, Diaconum.

6.° Charta denarialis, notis scripta, sive formulæ manumissionum & donationum, notis scriptæ.

7.° Capitulare anni 821. quod à Baluzio editum est tom. 1.° capitularium, col. 621.

8.° Charta *Ludovici Pii,* Imperatoris, in gratiam ecclesiæ Andegavensis, notis scripta.

9.° *Ludovici Pii,* Imperatoris, capitula data apud Theodonis villam anno 820.

10.° Variæ chartæ ejusdem *Ludovici* pro diversis ecclesiis & monasteriis, & ipsæ notis scriptæ.

11.° Charta divisionis Imperii inter Lotharium, Pipinum & Ludovicum, filios Ludovici Pii; data anno 817.

12.° Duæ formulæ, prima immunitatis, altera ingenuitatis, notis scriptæ.

13.° Capitulare Aquisgranense anni 819. notis scriptum: editum est à Baluzio tom. 1.° capitul. col. 561. sed in hujus nostri præfatione nonnulla occurrunt sedulò observanda, quæ in editis prætermissa sunt.

14.° Capitula quædam *Ludovici Pii,* data anno 828. notis scripta.

15.° Sancti *Cypriani,* Episcopi Carthaginensis, liber de opere & eleemosynis: insertæ sunt tres chartæ *Ludovici Pii,* notis scriptæ.

16.° Ejusdem *Cypriani* liber de zelo & livore.

17.° Ejusdem epistola de oratione Dominica.

18.° Fragmenta deinceps & sine intervallo descripta ex libris ejusdem de bono patientiæ, de exhortatione martyrii, de disciplina & habitu virginum.

19.° *Ludovici Pii* capitulare primum, datum anno 819.

20.° Ejusdem capitulare quartum, datum anno 819.

21.° Ejusdem capitulare quintum, eodem anno datum.

22.° Ejusdem capitulare secundum, datum eodem anno.

23.° Charta de forestibus in Vosago, notis scripta.

24.° Sancti *Maximi,* Episcopi, homilia in natali Protomartyris Stephani.

25.° Anonymi homilia in Natali Domini nostri Jesu Christi.

26.° Sancti *Augustini* liber de immortalitate animæ: præmittitur ejusdem libri retractatio.

27.° *Caroli Magni* epistola increpatoria ad Monachos sancti Martini Turonensis, de quodam Clerico Theodulfi, Aurelianensis Episcopi.

28.° Variæ chartæ *Ludovici Pii,* notis scriptæ.

29.° Sancti *Joannis Chrysostomi* de compunctione cordis libri duo, notis scripti.

30.° Chartæ duæ, notis scriptæ.

31.° Anonymi tractatus de septem scalis quibus homines ascendunt in regna cœlorum.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCXIX.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur sancti *Augustini* homiliæ decem in epistolam Joannis: dimidia pars primæ desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXX.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* homiliæ decem in epistolam Joannis: sub finem decimæ nonnulla desiderantur.

2.° *Durandi,* Fiscamnensis Monachi, liber de corpore & sanguine Domini, contra Berengarium: præfixus prologus versibus scriptus.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* sermo de arbore fico, & de illa muliere quæ fuerat incurvata.

2.° Ejusdem sermo de psalmo quadragesimo nono.

3.° Ejusdem sermo in illud: *Remittite, & remittetur vobis.*

4.° Ejusdem sermo de eleemosyna.

5.° Ejusdem sermo de Davide & Goliath.

6.° Sermo Presbyteri *Heracli* de lectione evangelii ubi Petrus ambulat super aquas.

7.° Sancti *Augustini* sermo in illud: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.*

8.° Ejusdem sermo de eo quod scriptum est: *Ego sum via, veritas & vita.*

9.° Ejusdem sermo de eo quòd Christianorum tempora prædicta sunt.

10.° Ejusdem sermo in illud: *Ascendit sicut virgultum & sicut radix de terra sitiente.*

11.° Ejusdem sermo in illud: *Qui amat animam suam, perdet eam.*

12.° Ejusdem admonitio, qua ostendit multos esse gradus in caritate.

13.° Ejusdem homilia de misericordia.

14.° Ejusdem sermo de concordia fratrum.

15.° Ejusdem sermo de pœnitentia.

16.° Ejusdem sermo de oratione Dominica.

17.° Ejusdem homilia in illud: *Ego veni ut faciam opera ejus qui misit me.*

18.° Ejusdem sermo de sancto Joanne Baptista.

19.° Homilia excerpta ex opere sancti Augustini, de visione beati Petri Apostoli, & de Cornelio Centurione.

20.° Sancti *Augustini* sermo in principium psalmi CXVII.

21.° Ejusdem sermo de eleemosynis.

22.° Ejusdem sermo de divite fœneratore.

23.° Ejusdem tractatus de muliere curva.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM DCCXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° S. *Augustini* sermo de lapsu mundi.

2.° Ejusdem sermo in illud Proverbiorum: *Sunt qui se divites affectant, nihil habentes.*

3.° Ejusdem sermo de continentia & sustinentia.

4.° Ejusdem sermo de Abrahami tentatione.

5.° Ejusdem sermo de timore Dei.

6.° Ejusdem sermo de decem chordis.

7.° Ejusdem sermo de psalmo sexagesimo octavo.

8.° Ejusdem sermo de justitia quæ ex lege, & ea quæ ex fide est.

9.° Ejusdem sermo de eo quòd Dominus interrogat Judæos, cujus filium dicerent esse Christum.

10.° Ejusdem sermo de eo quòd Jesus in Scripturis tribus modis intelligatur.

11.° Ejusdem sermo de oratione Dominica.

12.° Ejusdem homilia in illud: *Quia receperunt mercedem suam.*

13.° Ejusdem sermo habitus ad missam sancti Cypriani.

14.° Ejusdem sermo de versu psalmi noni: *Tibi derelictus est pauper.*

15.° Ejusdem sermo habitus Carthagine in basilica sancti Petri.

16.° Ejusdem sermo habitus in basilica Celerinæ.

17.° Ejusdem sermo habitus in missa sancti Cypriani, Dominico die.

18.° Ejusdem sermo in illud: *Petre, amas me! Pasce oves meas.*

19.° Ejusdem sermo in illud Apostoli: *Non enim quod volo, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago.*

20.° Ejusdem sermo de caritate & dilectione.

21.° Ejusdem sermo in illud: *Si vis venire ad vitam, serva mandata.*

22.° Ejusdem sermo de capitulo evangelii, ubi Judei interrogaverunt cujus filius sit Christus.

23.° Ejusdem sermo de servo qui accepit talentum & noluit erogare.

24.° Ejusdem sermo de avaritia.

25.° Ejusdem sermo ad pœnitentes.

26.° Ejusdem sermo de timore Domini.

27.° Ejusdem sermo de Caïn & Abel.

28.° Ejusdem homilia de Abraham.

29.° Ejusdem sermo de Abraham & Isaac filio ejus.

30.° Ejusdem homiliæ duæ de conceptione Rebeccæ.

31.° Ejusdem homiliæ duæ de Jacob & Joseph.

32.° Ejusdem homilia de sancto Patriarcha Joseph.

33.° Ejusdem sermo de eo quòd mortuus est Joseph.

34.° Ejusdem homilia de spirituali conluctatione Israëlitarum & Ægyptiorum.

35.° Ejusdem homilia de decem plagis Ægyptiorum.

36.° Ejusdem homilia de eo quòd induravit Dominus cor Pharaonis.

37.° Ejusdem homilia de via trium dierum.

38.° Ejusdem homilia de exploratoribus duodecim.

39.° Sancti *Hieronymi* homilia de thuribulis Chore & Dathan.

40.° Anonymi homilia de virga Aaronis.

41.° Sancti *Hieronymi* homilia de Balaam & Balac.

42.° Sancti *Augustini* homilia de Raab meretrice.

43.° Anonymi sermo quòd Dei judicio de terra repromissionis expulsi sunt Israëlitæ.

44.° Anonymi homilia de eo quòd essent parati transire Jordanem, & de Raab.

45.° Sancti *Ambrosii* homilia de Gedeone.

46.° S. *Augustini* homilia de Samsone.

47.° Anonymi homilia de Davide & de patre suo.

48.° Sancti *Augustini* sermo de Absalone.

49.° Anonymi homilia de eo quòd ædificavit David altare Domino.

50.° Anonymi homilia de Salomone Rege.

51.° Anonymi homilia de sancto Helia, Propheta.

52.° Sancti *Augustini* sermones duo de sancto Eliseo.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de symbolo libri quatuor.

2.° Ejusdem liber de quatuor virtutibus caritatis.

3.° Ejusdem liber de cantico novo.

4.° Ejusdem liber de quarta feria.

5.° Ejusdem liber de cataclysmo.

6.° Ejusdem liber de tempore barbarico.

7.° Symbolum fidei catholicæ.

8.° Ejusdem liber contra Felicianum, Arianum.

9.° Ejusdem liber de Trinitate.

10.° Ejusdem sermo de decem chordis.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de fide ad Petrum libri duo.

2.° Ejusdem, seu potiùs *Gennadii*, Massiliensis Presbyteri, liber de definitionibus ecclesiasticorum dogmatum.

3.° Libellus interrogationum *Orosii*, & responsionum *Augustini*.

4.° *Isidori*, Hispalensis Episcopi, liber ad Orosium, de significationibus nominum Veteris & Novi Testamenti: finis desideratur.

5.° Sancti *Ambrosii* de agenda pœnitentia liber primus: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion de fide, spe & caritate, ad Laurentium: præfixus capitum index.

2.° *Pauli Orosii* quæstiones de Trinitate & aliis sacræ Scripturæ locis, ad sanctum Augustinum: accedunt sancti *Augustini* responsiones.

3.° *Prosperi* responsiones ad capitula Gallorum.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Augustini* enchiridion de fide, spe & caritate, ad Laurentium.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXVII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* enchiridion de fide, spe & caritate, ad Laurentium: præmittitur retractatio in hunc librum.

2.° Excerptum ex libris didascalicis Hugonis Magistri.

3.° *Eucherii,* Archiepiscopi Lugdunensis, de formulis spiritualis intelligentiæ libri tres.

4.° Evangelium Marci: accedunt ad marginem glossæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXVIII.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de sancta virginitate.

2.° Ejusdem liber de videndo Deo.

3.° Ejusdem liber de disciplina christiana.

4.° Ejusdem liber de vera religione.

5.° Ejusdem liber de moribus Ecclesiæ catholicæ.

6.° Ejusdem ad Paulinum liber de cura pro mortuis gerenda.

7.° Ejusdem liber de Magistro.

8.° Ejusdem libri duo de sermone Domini in monte.

9.° Ejusdem ad Laurentium enchiridion de fide, spe & caritate.

10.° Ejusdem sive potiùs, *Gennadii,* Massiliensis, liber de ecclesiasticis dogmatibus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de mendacio: initium desideratur.

2.° Ejusdem liber de natura boni: finis desideratur.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM DCCXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* tractatus de opere Monachorum.

2.° Ejusdem epistola ad Probam, de orandi modo: finis desideratur.

3.° Ejusdem liber de bono conjugali.

4.° Excerpta varia è sancti Augustini operibus.

5.° Sancti *Macarii* sermo ad Monachos.

6.° Fragmentum è vita sancti Fulgentii descriptum.

7.° Sancti *Ambrosii* sermo in psalmum centesimum decimum octavum.

8.° Excerptum ex homiliis sancti Joannis Chrysostomi in Matthæum.

9.° Excerpta è Prosperi, Cæsarii Arelatensis, Valeriani, Eutropii Presbyteri, Gregorii Papæ, & Augustini operibus.

10.° *Isidori* explicationes nominum Veteris & Novi Testamenti.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber ad Paulinum, Nolanum Episcopum, de cura pro mortuis gerenda.

2.° Ejusdem consultatio ad sanctum Hieronymum, de origine animæ.

3.° *Paschasii Radberti* tractatus de corpore & sanguine Domini.

4.° *Hildeberti,* Cenomanensis Episcopi, carmen de corpore & sanguine Domini.

5.° S. *Augustini* liber de bono conjugali.

6.° Ejusdem fragmentum è libro secundo de adulterinis conjugiis ad Pollentium.

7.° Ejusdem sermo de beatitudinibus secundùm Matthæum.

8.° Ejusdem fragmentum contra adulteros, è libro quæstionum in Exodum.

9.° Ejusdem fragmentum de eodem argumento, ex expositione decem præceptorum.

10.° Ejusdem fragmentum de eodem argumento, ex libro de decem chordis.

11.° Ejusdem homilia de eo quòd apparuit Dominus Moysi in rubo ardenti.

12.° Ejusdem epistola ad Probam, de orandi modo.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXXI. A.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* tractatus de conflictu vitiorum atque virtutum.

2.° Regula monastica ex variis sanctorum Benedicti, Cypriani, Cæsarii Arelatensis, Isidori Hispalensis & aliorum Patrum fragmentis concinnata.

3.° *Alcuini* ad Carolum Magnum, Imperatorem, epistola de variis diurnarum precum temporibus.

4.° Confessio peccatoris.

5.° Liber precum.

Is codex undecimo sæculo videtur exaratus.

IIM DCCXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Augustini* tractatus de conflictu vitiorum & virtutum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXXIII.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de utilitate credendi.

2.° Ejusdem liber de gratia Novi Testamenti.

3.° Ejusdem liber de natura boni.

4.° Ejusdem liber de octo Dulcitii quæstionibus.

5.° Ejusdem ad Laurentium enchiridion de fide, spe & caritate.

6.° Orationes rythmicæ, ad tres sanctissimæ Trinitatis personas.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXXIV.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de utilitate credendi.

2.° Ejusdem soliloquiorum fragmenta.

3.° Ejusdem liber de anima & spiritu.

4.° Ejusdem liber de beata vita.

5.° Ejusdem liber de catechizandis rudibus.

6.° Ejusdem de visitatione infirmorum libri duo.

7.° Ejusdem de libero arbitrio libri tres: tertii finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Liber de prædestinatione divina, S. *Augustino* tributus.

2.° Preces de fide sanctæ Trinitatis & de operatione virtutis: sancto *Augustino* tribuuntur.

3.° Devota meditatio de sacramento altaris & ejus utilitatibus: authore *Joanne Pisano,* Archiepiscopo Cantuariensi.

4.° Anonymi sermo de laudibus beatæ Mariæ Virginis.

5.° *Anselmi,* Cantuariensis, liber cui titulus: Stimulus amoris divini.

6.° Novissimorum sæculorum monstra & abominationes.

7.° Prophetia de Venetorum urbe.

8.° Preces aliæ.

9.° Pii cujusdam viri visio, ut Principes à bello dehortaretur.

Is codex Venetiis anno 1453. exaratus est.

IIM DCCXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Augustini* doctrina de perfectione cordis.

2.° Regula quærendi Domini Jesu.

3.° Doctrina à Deo sanctæ *Catharinæ,* Senensi, data.

4.° Sancti *Augustini* speculum peccatorum.

5.° Sancti *Basilii* sermo de iis quæ pertinent ad verum Monachum.

6.° Sancti *Ambrosii* epistola de moribus & honesta vita.

7.° Fragmentum libri vigesimi quarti moralium sancti *Gregorii,* Papæ.

8.° Sancti *Bernardi* speculum Monachorum.

9.° Ejusdem epistola de perfectione.

10.° Fratris *Jacoboni de Tuderto* tractatus de veritatis cognitione.

11.° Anonymi sermo de humilitate.

12.° Anonymus de fructibus è paupertate percipiendis.

13.° Sancti *Cæsarii*, Arelatensis Episcopi, homilia quarta.

14.° Sancti *Thomæ de Aquino* epistola de modo in litteris proficiendi.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXXVII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* de vita christiana liber ad Julianam viduam.

2.° Ejusdem libri duo de sermone Domini in monte.

3.° Ejusdem liber de pœnitentia.

4.° *Cæsarii*, Arelatensis Episcopi, homilia de persecutione.

5.° Sancti *Augustini* sermo de eodem argumento.

6.° Ejusdem sermo de Nativitate Domini.

7.° Sancti *Ambrosii*, seu potiùs sancti *Chrysostomi* sermo in Dominica Septuagesimæ.

8.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de lapsu primi hominis.

9.° Ejusdem sermo de fide Abrahæ.

10.° Sancti *Augustini* sermo in feria secunda Quadragesimæ.

11.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo in feria tertia.

12.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo in feria quarta.

13.° Ejusdem sermo in feria quinta.

14.° Sancti *Maximi* sermo in feria sexta.

15.° Sancti *Augustini* sermones duo in Sabbato Quadragesimæ.

16.° Ejusdem admonitio in Dominica Quadragesimæ.

17.° Ejusdem sermo in feria secunda.

18.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo in feria tertia.

19.° Sancti *Hieronymi* homilia in illud: *Ascende ad me in montem.*

20.° Anonymi sermo in feria quinta.

21.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo in feria sexta.

22.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de Esaü & Jacob; sive sermo in Dominica secunda Quadragesimæ.

23.° S. *Maximi* sermo in feria secunda.

24.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo in feria tertia.

25.° Ejusdem sermo in feria quarta.

26.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in feria quinta, de confessione peccati.

27.° Sancti *Maximi* sermo in feria sexta.

28.° Anonymi homilia in illud Geneseos: *Dixit Rebecca filio suo Jacob.*

29.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in Dominica tertia Quadragesimæ.

30.° Ejusdem sermo in Dominica quarta.

31.° Ejusdem sermo in Dominica Passionis Domini.

32.° Anonymi sermo in Dominica palmarum.

33.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermones varii de Passione Domini.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* exhortationis liber ad quemdam Comitem sibi carissimum.

2.° Ejusdem sermo in illud Apostoli: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.*

3.° Sancti *Gregorii*, Papæ, sermo de continentia Sacerdotum.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXXXIX.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Excerpta quædam è sanctorum Augustini, Hieronymi & Gregorii operibus.

2.° Anonymi sermones in die Christi Natali.

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

IIM DCCXL.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Excerpta è variis sancti Augustini libris.

2.° Nomina mensium apud Latinos, Ægyptios, Hebræos & Macedones receptorum.

3.° Quædam definitiones figurarum geometricarum & grammaticarum.

4.° Venerabilis *Bedæ* liber de schematibus & tropis.

5.° Sancti *Hieronymi* sententiæ de omnibus quæ de Deo dicuntur.

6.° Omnium sacræ Scripturæ librorum index.

7.° Quædam de numeris arithmeticis.

8.° Anonymi documentum ad Bibliorum correctionem.

9.° *Secundi*, Philosophi, libellus de homine.

10.° Sancti *Thomæ Aquinatis* opusculum de essentia.

11.° Ejusdem opusculum de entis, substantiæ & naturæ significatione.

12.° Excerpta nullius pretii.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXLI.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur flores è variis S. Augustini operibus decerpti: authore *Francisco de Maironis*, ordinis Fratrum Minorum; insertæ sunt regulæ juris divini.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur flores è libris sancti Augustini de civitate Dei decerpti: authore *Francisco de Maironis*, ordinis Fratrum Minorum; ad calcem subjicitur index, cujus finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIM DCCXLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tabula in libros sancti Augustini de civitate Dei & de Trinitate.

2.° Tabula in libros Algazelis.

3.° Tabula in libros Decretalium.

4.° Tabula in opera sancti Augustini.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXLIV.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai Cerseth*, ordinis Fratrum Prædicatorum, tabula in commentum super Augustinum de civitate Dei.

2.° Tabula in libros & commentum librorum Valerii Maximi.

3.° Speculum historiale, sive fasciculus temporum, à creatione mundi ad annum 1474.

Is codex sæculo decimo quinto videtur exaratus.

IIM DCCXLV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura in libros retractationum S. Augustini: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura in libros sancti Augustini contra Academicos: eodem authore.

3.° Censura in librum sancti Augustini de beata vita: eodem authore.

4.° Censura in libros sancti Augustini de ordine: eodem authore.

5.° Censura in libros soliloquiorum sancti Augustini: eodem authore.

6.° Censura libri sancti Augustini de immortalitate animæ: eodem authore.

7.° Censura libri sancti Augustini de quantitate animæ: eodem authore.

8.° Censura librorum sancti Augustini de musica: eodem authore.

9.° Censura libri sancti Augustini de Magistro: eodem authore.

10.° Censura librorum sancti Augustini de libero arbitrio: eodem authore.

11.° Censura librorum sancti Augustini de Genesi, contra Manichæos: eodem authore.

12.° Censura regulæ sancti Augustini ad servos Dei: eodem authore.

13.° Censura libri sancti Augustini de diversis quæstionibus: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCXLVI.

Codex chartaceus, quo continetur censura confessionum sancti Augustini: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero; subjectus index rerum memorabilium.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCXLVII.

Codex chartaceus, tribus constans voluminibus, quo continetur censura epistolarum sancti Augustini: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCXLVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura libri sancti Augustini, cui titulus est; De Genesi ad litteram imperfectus liber: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura librorum sancti Augustini de Genesi ad litteram: eodem authore.

3.° Censura librorum sancti Augustini, quibus titulus est; Locutionum libri septem: eodem authore.

4.° Censura librorum sancti Augustini, quorum titulus est; Quæstionum in Heptateuchum libri septem: eodem authore.

5.° Censura libri sancti Augustini, quem inscripsit; Annotationes in Job: eodem authore.

6.° Censura libri sancti Augustini, quem inscripsit, Speculum: eodem authore; subjectus index rerum memorabilium eo volumine comprehensarum.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCXLIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura librorum sancti Augustini de sermone Domini in monte: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura librorum sancti Augustini, quos inscripsit; Quæstionum evangeliorum: eodem authore.

3.° Censura librorum sancti Augustini de consensu Evangelistarum: eodem authore.

4.° Censura libri sancti Augustini, cui titulus est; Expositio quarumdam propositionum ex epistola ad Romanos: eodem authore.

5.° Censura libri sancti Augustini, cui titulus est; epistolæ ad Romanos inchoata expositio: eodem authore.

6.° Censura libri sancti Augustini, cui titulus est; Expositio epistolæ ad Galatas: eodem authore.

7.° Censura librorum sancti Augustini de doctrina christiana: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCL.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans, quo continetur censura tractatuum sancti Augustini in evangelium Joannis & in ejusdem epistolam primam: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero; præfixus index rerum memorabilium.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLI.

Codex chartaceus, duobus constans voluminibus, quo continetur censura commentariorum sancti Augustini in Psalmos: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero; subjectus index rerum memorabilium.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLII.

Codex chartaceus, quo continetur censura sermonum sancti Augustini de verbis Domini & de verbis Apostoli, atque homiliarum quinquaginta: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLIII.

Codex chartaceus, quo continetur censura sermonum sancti Augustini de tempore: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLIV.

Codex chartaceus, quo continetur censura sermonum sancti Augustini de Sanctis & de diversis, aliorumque fragmentorum: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura librorum sancti Augustini de diversis quæstionibus ad Simplicianum: authore *Joanne Hardouin*, è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura libri sancti Augustini de octo Dulcitii quæstionibus: eodem authore.

3.° Censura libri sancti Augustini de fide rerum quæ non videntur: eodem authore.

4.° Censura libri sancti Augustini de fide & symbolo: eodem authore.

5.° Censura libri sancti Augustini de fide & operibus: eodem authore.

6.° Censura libri sancti Augustini de agone christiano: eodem authore.

7.° Censura libri sancti Augustini de catechizandis rudibus: eodem authore.

8.° Censura libri sancti Augustini de continentia: eodem authore.

9.° Censura libri sancti Augustini de bono conjugali: eodem authore.

10.° Censura libri sancti Augustini de sancta virginitate: eodem authore.

11.° Censura libri sancti Augustini de bono viduitatis: eodem authore.

12.° Censura librorum sancti Augustini de adulterinis conjugiis: eodem authore.

13.° Censura libri sancti Augustini de mendacio: eodem authore.

14.° Censura libri sancti Augustini contra mendacium: eodem authore.

15.° Censura libri sancti Augustini de opere Monachorum: eodem authore.

16.° Censura libri sancti Augustini de divinatione dæmonum: eodem authore.

17.° Censura libri sancti Augustini de cura pro mortuis gerenda: eodem authore.

18.° Censura libri sancti Augustini de patientia: eodem authore.

19.° Censura sermonis sancti Augustini de symbolo, ad Catechumenos: eodem authore.

20.° Censura libri sancti Augustini de disciplina christiana: eodem authore.

21.° Censura sermonum sancti Augustini de cantico novo, de quarta feria, de cataclysmo, de tempore barbarico, de utilitate jejunii, & de urbis excidio: eodem authore.

22.° Censura libri viginti & unius sententiarum: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura libri sancti Augustini, qui inscribitur; Enchiridion: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura libri sancti Augustini de vera religione: eodem authore; subjectus index rerum.

3.° Censura librorum sancti Augustini de moribus Ecclesiæ catholicæ & de moribus Manichæorum: eodem authore; subjectus index rerum.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLVII.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans, quo continetur censura librorum sancti Augustini de civitate Dei contra Paganos: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Origo nominum Hæreticorum, quæ leguntur in libro sancti Augustini, ut vocant, de hæresibus, simul & in libris sanctorum Epiphanii & Damasceni de eodem argumento; Gallico idiomate: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Explanatio librorum sancti Augustini & aliorum de hæresibus; Gallico idiomate: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLIX.

Codex chartaceus, duobus constans voluminibus, quo continetur censura sancti Augustini & aliorum Scriptorum de hæresibus: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero; præmittuntur 1.° ejusdem catalogus nominum quæ Judaïsmum vel Davidismum significant, spiritalem vel corporalem; 2.° ejusdem notæ in epistolam Goffridi Vindocinensis ad Robertum de Arbrussello: accedit ipsa *Goffridi* epistola, cui è regione respondet sensus arcanus ab *Harduino* confictus; 3.° *Marbodi,* Rhedonensis Episcopi, epistola secunda; cui è regione respondet sensus arcanus ab *Harduino* confictus: ad calcem epistolæ subjiciuntur notæ ejusdem *Harduini;* 4.° excursus in Joannæ Papissæ fabulam: eodem *Harduino* authore.

Is codex decimo octavo sæculo videtur exaratus.

IIM DCCLX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura librorum S. Augustini contra Faustum, Manichæum: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura libri sancti Augustini contra Adimantum, Manichæi discipulum: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura librorum sancti Augustini de actis cum Felice, Manichæo: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura libri sancti Augustini de utilitate credendi, ad Honoratum: eodem authore.

3.° Censura libri sancti Augustini de duabus animabus contra Manichæos: eodem authore.

4.° Censura libri sancti Augustini contra Fortunatum, Manichæum: eodem authore.

5.° Censura libri sancti Augustini contra epistolam Manichæi, quam *Fundamentum* vocant: eodem authore.

6.° Censura libri sancti Augustini de natura boni contra Manichæos: eodem authore.

7.° Censura libri sancti Augustini contra Secundinum, Manichæum: eodem authore.

8.° Censura librorum sancti Augustini contra adversarium Legis & Prophetarum: eodem authore.

9.° Censura libri sancti Augustini ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura libri sancti Augustini contra sermonem Arianorum: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura librorum sancti Augustini contra Maximinum, Arianum: eodem authore.

3.° Censura librorum sancti Augustini de Trinitate: eodem authore.

4.° Censura tractatus sancti Augustini contra Judæos: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura psalmi S. Augustini contra partem Donati: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura librorum S. Augustini contra epistolam Parmeniani: eodem authore.

3.° Censura librorum sancti Augustini de baptismo contra Donatistas: eodem authore.

4.° Censura librorum sancti Augustini contra litteras Petiliani: eodem authore.

5.° Censura libri sancti Augustini de unitate Ecclesiæ: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXIV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura librorum sancti Augustini contra Cresconium Grammaticum, Donatistam: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura libri sancti Augustini de unico baptismo contra Petilianum: eodem authore.

3.° Censura breviculi collationis cum Donatistis: eodem authore.

4.° Censura libri sancti Augustini post collationem ad Donatistas: eodem authore.

5.° Censura sermonis sancti Augustini ad Cæsareensis ecclesiæ plebem, Emerito præsente dicti: eodem authore.

6.° Censura libri sancti Augustini de gestis cum Emerito: eodem authore.

7.° Censura librorum sancti Augustini contra Gaudentium, Donatistam Episcopum: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura librorum sancti Augustini de peccatorum meritis & remissione, & de baptismo parvulorum, ad Marcellinum: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura libri sancti Augustini de spiritu & littera: eodem authore.

3.° Censura libri sancti Augustini de natura & gratia: eodem authore.

4.° Censura libri sancti Augustini de perfectione justitiæ hominis: eodem authore.

5.° Censura libri sancti Augustini de gestis Pelagii: eodem authore.

6.° Censura librorum sancti Augustini de gratia Christi & de peccato originali: eodem authore.

7.° Censura librorum sancti Augustini de nuptiis & concupiscentia: eodem authore.

8.° Censura librorum sancti Augustini de anima & ejus origine: eodem authore.

9.° Censura librorum sancti Augustini contra duas epistolas Pelagianorum: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXVI.

Codex chartaceus, quo continetur censura operis imperfecti sancti Augustini contra Julianum, Pelagianum: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero; subjectus index rerum memorabilium.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Censura librorum sancti Augustini contra Julianum hæresis Pelagianæ defensorem: authore *Joanne Hardouin,* è societate Jesu Presbytero.

2.° Censura libri sancti Augustini de gratia & libero arbitrio: eodem authore.

3.° Censura libri sancti Augustini de correptione & gratia, ad Valentinum: eodem authore.

4.° Censura libri sancti Augustini de prædestinatione Sanctorum: eodem authore.

5.° Censura libri sancti Augustini de bono perseverantiæ: eodem authore.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIM DCCLXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Cassiani* de institutis Cœnobiorum libri duodecim.

2.° Ejusdem

2.° Ejusdem collationes.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM DCCLXVIII. *A.*

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Veterum cœnobitarum dicta: initium desideratur.

2.° Sententiæ Patrum, quas de Græco sermone in Latinum transtulit *Martinus Dumiensis,* Episcopus Bracarensis.

3.° Vita sancti Fursei, Confessoris.

4.° Sermo in festivitate sanctæ Valeriæ, Virginis & Martyris.

5.° Gesta & miracula sancti Martialis.

6.° Miracula sancti Benedicti, Abbatis.

7.° Passio septem Dormientium.

8.° Homilia in illud Matthæi: *Cùm appropinquassent Hierosolymis.*

9.° Sancti *Augustini* epistolæ nonnullæ, sive potiùs sermones nonnulli.

10.° Tractatus de virtutibus & vitiis: authoris nomen non comparet.

11.° Annotatio de proventu vini uberrimo qui contigit anno 1221. Bernardi Iterii manu scripta.

Is codex partim decimo, partim undecimo sæculo videtur exaratus.

IIM DCCLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Varia S. *Eucherii,* Lugdunensis Episcopi, fragmenta litteris uncialibus scripta.

2.° Sanctæ Crucis inventio, litteris uncialibus scripta.

3.° Sancti *Augustini* fragmentum in illud: *Exurge Domine;* & ipsum litteris uncialibus scriptum.

4.° Anonymi narratio de morte Pilati, sæculo, ut videtur, decimo tertio exarata.

5.° Versiculi Gallici in laudem virginitatis, de lapsu Adami, & de septem peccatis capitalibus: authore *Henrico* quodam; & hi versiculi decimo tertio sæculo videntur exarati.

6.° Anonymi de urbe Hierosolyma & locis huic vicinis fragmentum, ad idem sæculum referendum.

7.° Fragmenta è libris *Anastasii* de gestis Romanorum Pontificum, decimo sæculo exarata.

8.° Miracula sanctæ Mariæ Virginis: authore *Eadmero,* Monacho Cantuariensi; decimo tertio sæculo exarata videntur.

9.° *Willelmi,* Gemmeticensis, historiæ Normannorum pars, sæculo decimo tertio scripta.

10.° Chronologia & ordo Regum Gothorum: ea codicis pars, ut & sequentes duæ, in charta sæculo decimo septimo scriptæ sunt.

11.° Historia Wambæ, Regis Toletani: authore *Juliano,* Toletano: ad calcem subjicitur judicium promulgatum in tyrannorum perfidiam: eodem *Juliano* authore.

12.° Liber de compositione Castri Ambasiæ: accedunt Dominorum illius gesta.

IIM DCCLXX.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° De vita contemplativa libri tres: authoris nomen non comparet; is autem videtur esse *Prosper Aquitanicus.*

2.° Opusculum de creatione, partim versibus hexametris, partim oratione soluta: authoris nomen non comparet.

3.° Liber de computo, incipit: *Antequam principale propositum aggrediamur.*

4.° Anonymi homilia in hæc verba: *In principio erat Verbum.*

5.° Officium sancti Joannis Baptistæ: ad cujus calcem hæc reperias; *Anno 1255. fecit me ligare Bernardus Iterii, Armarius, & quatuor quaterniones ultimos, qui anteà non erant, adjunxit.*

Hujusce codicis pars prior sæculo decimo, altera decimo tertio videtur exarata.

IIM DCCLXXI.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur sancti *Prosperi,* ecclesiæ Regiensis Episcopi, de vita contemplativa libri tres ad Julianum: sed verum hujusce operis authorem esse Julianum Pomerium Sirmondus contendit.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCLXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Prosperi* epigrammata.

2.° *Quinti Sereni,* Samonici, carmen de remediis.

3.° Epistolæ *Senecæ* ad Paulum, & *Pauli* ad Senecam.

4.° Versus *Platonis,* à quodam *Tiberiano* de Græco sermone in Latinum translati.

5.° Versus sancti *Cypriani,* Episcopi, ad quemdam Senatorem à christiana religione ad idolorum servitutem conversum.

6.° *Sibyllæ* versus de die judicii.

7.° Versus Sapientum.

8.° *Ovidii* versus in libros Georgicorum & Æneidos Virgilii.

9.° *Octaviani Cæsaris* carmen de Virgilio.

10.° Fragmentum de communibus syllabis.

11.° Sancti *Hilarii* carmen de Machabæorum martyrio.

12.° *Tertulliani* carmen de excidio Sodomæ & Ninivæ.

13.° Carmen cujus titulus: Tecnopegnii testus; quasi dicas, lusus puerorum: est enim carmen illud quidam veluti ludus, in quo vox monosyllaba quæ claudit primum versum, eadem repetitur initio secundi, & sic deinceps.

14.° Anonymus de quæstiunculis nominum, sive de rebus ad grammaticam pertinentibus.

15.° Anonymi carmen sapphicum in Nicetam, Episcopum de Dacia.

16.° Psalmus centesimus trigesimus sextus versibus expressus.

17.° Carminum, quæ in hoc codice *Catoni* perperam tribuuntur, libri quatuor: ad calcem subjicitur epitaphium filii Catonis.

18.° Formula vitæ honestæ : authore *Martino Dumiensi.*

19.° Sententiæ Philosophorum.

20.° Ænigmata *Aristoteli* tributa.

21.° Anonymus de signis & duodecim mensibus.

Is codex partim decimo, partim undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCLXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Prosperi* epigrammata: passim inter lineas glossæ.

2.° *Sylvii* versus de cognomento Salvatoris, & de sanctis Petro & Andrea.

3.° Anonymi carmen de Adriano Papa.

4.° Versus *Sibyllæ.*

5.° *Aratoris,* sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, historia apostolica: passim inter lineas glossæ; conjecta etiam ad marginem scholia: præmittunturptætereà 1.° nonnulla de Aratore, qui Excomes domesticorum & Excomes privatorum in hoc codice appellatur: 2.° *Aratoris* ipsius epistolæ tres versibus scriptæ, prima ad Parthenium, Magistrum officiorum atque Patritium; secunda ad Florianum, Abbatem; tertia ad Papam Vigilium.

6.° *Quinti Sereni,* Samonici, carmen de remediis morborum.

7.° Anonymi carmen in philomelam.

8.° Anonymi epistola ad Summum Pontificem, cujus nomen non comparet.

9.° Carminum libri quatuor, qui *Catoni* tribuuntur: passim inter lineas glossæ; conjecta etiam ad marginem scholia.

10.° *Symphosii* ænigmata: accedit eorum index.

11.° *Adelmi* ænigmata, millenis versibus comprehensa.

12.° Vocum quarumdam quantitas, Juvenci, Fortunati & Prudentii exemplis afferta.

13.° Anonymi carmen de singulis alphabeti litteris.

14.° Anonymi carmen in laudem Ambrosii, Hilarii, Augustini & aliorum.

15.° Capitulare evangeliorum de circulo anni.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM DCCLXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Prosperi* epigrammata.

2.° Anonymi expositio in epigrammata sancti Prosperi.

3.° Anonymi tractatus de figuris & præpositionibus.

4.° Anonymi expositio in Prosperum, à priori diversa.

5.° Anonymi tractatus de septem artibus liberalibus.

Is codex partim decimo tertio, partim decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCLXXIV. A.

Codex membranaceus, à DD. Abbate de Rothelin Bibliothecæ regiæ dono datus. Ibi continentur *Prosperi Aquitanici* epigrammata: passim inter lineas glossæ & ad marginem scholia.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIM DCCLXXV.

Codex membranaceus, quo continentur *Prosperi* epigrammata.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCLXXVI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur *Theodoreti,* Episcopi Cyri, compilator, sive multifarius libellus: *Joan. Bap. Cam.* [*Cammotio,* nî fallor] interprete, ad Pium IV. Pontificem Maximum.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIM DCCLXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Leonis* & aliorum epistolæ, actis concilii Chalcedonensis præmitti solitæ.

2.° Pontificum Romanorum de privilegiis ecclesiæ Arelatensis epistolæ.

3.° *Chrodeberti* epistola de Sanctimoniali corrupta.

4.° *Adeodati*, Papæ, privilegium in gratiam monasterii sancti Martini Turonensis.

5.° *Joannis IV.* Papæ, privilegium pro Sanctimonialibus cujusdam cœnobii beatæ Mariæ in Gallia.

6.° *Stephani II.* & *Adriani I.* epistolæ aliquot.

7.° *Ibonis* privilegium pro monasterio sancti Martini Turonensis.

8.° *Zachariæ*, Papæ, epistola ad Presbyteros Francorum.

9.° Donatio ab Imperatore *Constantino* Romanæ ecclesiæ facta.

10.° *Stephani II.* epistola ad Fulradum, Archipresbyterum & Abbatem diversorum monasteriorum, à se fundatorum.

11.° *Hadriani I.* epistola ad Maginarium religiosum Abbatem.

12.° Ejusdem epistola ad Fulradum, S. Dionysii Abbatem, adversùs Paulinum & Theodulfum, Episcopos.

13.° *Gathwlfi* epistola ad Carolum Magnum, Regem Francorum.

14.° Formulæ quædam veteres.

15.° *Caroli Magni* epistola ad Fastradam, uxorem suam.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCLXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur epistolæ sancti *Leonis*, Papæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Claudiani Mamerti* libri tres de statu animæ.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCLXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Fausti*, Episcopi, sermones ad Monachos.

2.° Sancti *Augustini* sermo de persecutione christiana.

3.° Ejusdem sermo de obedientia.

4.° Sancti *Cæsarii*, Episcopi Arelatensis, sermones ad Monachos.

5.° *Paulini* sententiæ de pœnitentia, ad Monachos.

6.° Sententiæ è sancti *Hieronymi* operibus excerptæ.

7.° Sententiæ *Novati*, Catholici, de humilitate & obedientia.

8.° Sancti *Augustini* liber de bono disciplinæ.

9.° Idem de eo quod scriptum est: *Bonitatem & disciplinam.*

10.° Ejusdem epistola ad Lætum, Diaconum.

11.° Sancti *Macarii* sermo ad Monachos.

12.° *Albuini*, Presbyteri, enchiridion ad matrem.

13.° Excerpta ex homiliis sancti *Gregorii*, Papæ.

14.° Sancti *Joannis Chrysostomi* liber, qui physiologus appellatur.

15.° Anonymus de septem simplicitatibus columbæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur *Caii Solii Apollinaris Sidonii* opera omnia prout à Sirmondo fuerunt edita: desiderantur tamen epistolæ sexta & septima libri septimi, ut & pars maxima carminis septimi.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCLXXXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Caii Solii Apollinaris Sidonii* epistolæ.

2.° Ejusdem octo priora carmina.

3.° Anonymi versus de Cæsaribus.

4.° Epistola versibus scripta Deidamiæ nomine ad sponsum, qui Trojam profectus erat.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Sidonii Apollinaris* epistolæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus.

Ibi continentur *Sidonii*, Episcopi Claromontensis, epistolarum libri octo: sequuntur anonymi in easdem glossæ, quarum initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCLXXXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Salviani*, Massiliensis Episcopi, Timotheus, libris quatuor: præfixa hujus ad Salonium præfatio, cur Timotheus dicatur liber, & cur ad totam Ecclesiam scriptus fuerit.

2.° *Vincentii*, Lirinensis, liber pro Catholicæ fidei antiquitate & universitate.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Salviani* de vero judicio & providentia Dei, & ipsius gubernatione hominum & rerum hujus mundi libri octo: præmittitur illius ad sanctum Salonium, Episcopum, epistola.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM DCCLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Gennadii*, Massiliensis, liber de ecclesiasticis dogmatibus.

2.° Fragmentum è libro sancti *Augustini* de omnibus hæresibus.

3.° *Gelasii I.* Papæ decretalis de recipiendis, aut non recipiendis authoribus.

4.° Prælectiones in libros Veteris & Novi Testamenti.

5.° *Isidori*, Hispalensis Episcopi, liber de vita & obitu sanctorum Patrum.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° *Anitii Manlii Severini Boëtii* liber de veritate Trinitatis: conjecta ad marginem scholia; præmittuntur musarum nomina, & quædam de accidente.

2.° Ejusdem ad Joannem Diaconum liber: Utrùm Pater & Filius ac Spiritus sanctus de divinitate substantialiter prædicentur: conjecta ad marginem scholia.

3.° Ejusdem ad eumdem liber: An omne quod est, bonum sit: conjecta ad marginem scholia.

4.° Ejusdem liber contra Eutychen & Nestorium: conjecta ad marginem scholia.

5.° Anonymus de christiana fide.

6.° Quædam de lapidibus pretiosis.

7.° Unde mausolea dicuntur sepulchra Regum.

8.° *Alcuini* versus de cœlo.

9.° Quædam de Gorgonibus.

10.° Anonymi commentarius in Boëtii librum de Trinitate.

11.° Anonymi commentarius in ejusdem librum de prædicatione personarum.

12.° Anonymi commentarius in ejusdem librum: An omne quod est, bonum sit.

13.° Anonymi commentarius in ejusdem librum contra Eutychen & Nestorium.

14.° *Aristotelis* liber de decem prædicamentis: conjecta ad marginem scholia.

15.° Sancti *Gregorii*, Papæ, decretum de quiete Monachorum.

16.° Sancti *Leonis*, Papæ, epistolæ aliquot.

Hujusce codicis pars maxima sæculo undecimo, reliqua decimo tertio exarata videntur.

IIM DCCXC.

Codex membranaceus, quo continentur *Aurelii Cassiodori*, viri Senatoris, variarum libri duodecim: ad calcem occurrit ejusdem liber de anima.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXCI.

Codex membranaceus, ex urbe Tutelensi in bibliothecam Colbertinam anno 1687. illatus. Ibi continentur:

1.° *Gregorii*, Turonensis, de miraculis Confessorum libri duo.

2.° Ejusdem de vita sancti Martini libri tres priores & initium quarti.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXCII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur sancti *Gregorii*, Papæ, expositiones morales in Job, à libro nempè vigesimo tertio ad vigesimum usque nonum.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCXCIII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur commentarii in Canticum canticorum, quos *Gregorio*, Papæ, tribuit manus recentior.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, expositio in Canticum canticorum: præmittuntur quædam de libra Romana, vel asse, & de illius partibus.

2.° Sancti *Ambrosii* sermo in diem natalem sancti Joannis Baptistæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCXCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, tractatus brevis in Canticum canticorum.

2.° *Eusebii,* Emiseni Episcopi, homiliæ duodecim.

3.° Anonymi, fortasse *Eusebii,* homiliæ duæ de symbolo.

4.° Anonymi homilia generalis de Trinitate.

5.° *Serlonis,* Abbatis Savigniacensis, expositio in orationem Dominicam.

6.° Vita sanctæ Mariæ de Oegnies.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCXCVI.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, expositio moralis in quatuor evangelia.

2.° Opuscula de computo ecclesiastico.

3.° *Dionysii,* Abbatis Romani, cyclus Paschalis.

4.° Sancti *Isidori* dicta de ætatibus hominum.

5.° Epistola de sancto baptismo.

6.° Explicatio canonis missæ.

7.° Sententiæ breves.

8.° Opuscula nonnulla ad computum pertinentia.

9.° Concilii Nicæni canones viginti duo.

10.° Canones Apostolorum quadraginta novem.

11.° Concilii Chalcedonensis canones viginti sex.

12.° Concili Carthaginensis canones quadraginta.

13.° Concilii Laodiceni canones quinquaginta octo.

14.° Concilii Ancyrani canones viginti quinque.

15.° Concilium Silvestri Papæ ad Thermas Domitianas, posteà dictas Trajanas.

16.° Varii canones.

17.° *Gennadii,* Massiliensis Episcopi, dogmata ecclesiastica.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM DCCXCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Gregorii,* Papæ, liber pastoralis ad sanctum Joannem, Episcopum: præmittitur capitum index.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCXCIX.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continetur sancti *Gregorii,* Papæ, pastorale ad Joannem, Ravennatem Episcopum.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM DCCC.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii Magni* ad Joannem, Episcopum Ravennatem, liber de cura pastorali: præfixus capitum index.

2.° Explicatio in illud Isaïæ dictum: *Manda, remanda.*

3.° Anonymi expositio in illud Apostoli: *Scimus quoniam diligentibus Deum.*

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, de cura pastorali liber ad Joannem, Ravennatem Episcopum.

2.° Pœnitentiale è Patrum operibus collectum: initium tantùm superest.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii Magni* ad Joannem, Episcopum Ravennatem, liber de cura pastorali: præfixus capitum index.

2.° Anonymi tractatus de sanctissima Trinitate, è sanctorum Patrum scriptis collectus.

3.° Anonymi liber distinctionum, ordine alphabetico dispositus: est autem velut theologiæ moralis summa.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Gregorii,* Papæ, liber pastoralis ad Joannem, Ravennæ Episcopum: præfixus capitum index.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, liber pastoralis ad Joannem, Episcopum Ravennatem.

2.° *Ildefonsi,* Archiepiscopi Toletani, liber de perpetua virginitate beatæ Mariæ Virginis.

3.° Narratio de legatione Volusiani, ab Imperatore Tiberio ad Christum missi.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Gregorii,* Papæ, liber pastoralis ad Joannem, Episcopum civitatis Ravennæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM DCCCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, dialogorum libri quatuor.

2.° Excerpta ex illustriorum Cœnobitarum vitis.

3.° Anonymi opusculum de rebus ad officium ecclesiasticum pertinentibus.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, dialogorum libri quatuor: singulis libris præmittitur capitum index.

2.° Sancti *Augustini* epistolæ duæ ad Valentinum & cæteros Monachos monasterii Adrumetini.

3.° Ejusdem *Valentini* epistola ad sanctum Augustinum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur dialogorum sancti *Gregorii,* Papæ, libri quatuor.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCIX.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, dialogorum libri quatuor de vita & miraculis Patrum Italicorum, & de æternitate animarum: præfixus capitum index.

2.° Sanctorum senum narrationes asceticæ.

3.° *Palladii* liber de vitis Patrum Ægyptiorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur sancti *Gregorii,* Papæ, dialogorum libri quatuor de vita & miraculis Patrum Italicorum, & de æternitate animarum: suus singulis libris præfixus index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXI.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii,* Papæ, epistola ad Secundinum.

2.° *Eusebii,* Emeseni, homiliæ decem de Monachis.

3.° Anonymi homiliæ duodecim de Paschate.

4.° Anonymi homilia de latrone beato.

5.° Anonymi homiliæ duæ de symbolo.

6.° Anonymi homilia de Trinitate generalis.

7.° Sancti *Augustini* liber de disciplina Christianorum: initium tantùm superest.

8.° Sancti *Gregorii Nazianzeni* apologeticus, de fuga sua in Pontum.

9.° Ejusdem homilia de Epiphaniis, sive de Natali Domini.

10.° Ejusdem homilia de luminibus.

11.° Ejusdem homilia in Pentecosten & de Spiritu sancto, dicta in ecclesia Constantinopolitana.

12.° Ejusdem homilia de Jeremia, dicta præsente Imperatore.

13.° Ejusdem homilia de reconciliatione, & unitate Monachorum.

14.° Ejusdem homilia de grandinis vastatione, cum pater, Episcopus, reticeret.

15.° Ejusdem homilia de semetipso, cùm de agro reversus esset: sub finem nonnulla desiderantur.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM DCCCXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur codex Sacramentorum sancti *Gregorii*, Papæ, ad usum ecclesiæ Arelatensis.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur codex Sacramentorum: initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXIV.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur liber testimoniorum Veteris Testamenti, quem *Paterius* de opusculis Gregorii, Papæ urbis Romæ, cum summo studio excerpi curavit.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur excerpta è variis sancti Gregorii, Papæ, operibus: authore *Paterio*, illius discipulo.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXVI.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° Excerpta è variis sancti Gregorii operibus.

2.° Excerpta è commentariis sancti Hieronymi in Vetus & Novum Testamentum.

3.° Excerpta ex operibus Petri Abælardi.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIM DCCCXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Isidori junioris*, Hispalensis Episcopi, liber differentiarum.

2.° Ejusdem liber de diversis sententiis: præmittitur capitum index.

3.° Anonymi tractatus de vita activa & contemplativa.

4.° Anonymi expositio orationis Dominicæ.

5.° Anonymi explicatio symboli Apostolici & Athanasiani.

6.° Anonymi quæstiones de Trinitate.

7.° Anonymi variæ quæstiones de oratione Dominica, de fide, de cruce Christi, de Incarnatione & de Paradiso.

8.° Variorum evangelii locorum explicatio.

9.° Anonymi opusculum de arte psallendi.

10.° Interrogatio; cur artem grammaticam à Pagano editam vir Christianus legere præsumat.

11.° Anonymi de ratione solis & lunæ atque bissexti.

12.° Expositio quorumdam evangelii locorum ex Ambrosii, Hieronymi & Eusebii scriptis collecta.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Beati *Isidori*, Hispalensis Episcopi, synonyma.

2.° Ejusdem ad Mosonem, Episcopum, de restauratione Sacerdotis epistola.

3.° *Hormisdæ*, Papæ, epistola per universas provincias, sive potiùs *Cæsarii*, Episcopi Arelatensis, allocutio in causa Contumeliosi, Reiensis Episcopi.

4.° Sancti *Gregorii*, Papæ, epistola ad Secundinum.

5.° Sancti *Hieronymi* epistola ad Heliodorum.

6.° Sancti *Paschasii*, Papæ, epistola ad Archiepiscopum Mediolanensem simoniaca hæresi laborantem.

7.° Sententiæ eximiæ ex variis sancti Augustini operibus collectæ.

8.° Sancti *Hieronymi* sermo de amore Dei, & de amore sæculi.

9.° Anonymi paraphrasis in textum sancti Pauli de definitione caritatis.

10.° Sancti *Augustini* sermo de laude caritatis.

11.° Variæ antiphonæ, cum notis musicis.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM DCCCXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Isidori*, Hispalensis Episcopi, soliloquia.

2.° Sancti *Bernardi* opusculum de gratia & libero arbitrio.

3.° Ejusdem tractatus de duodecim gradibus humilitatis & superbiæ.

4.° *Hildeberti,* Cenomanensis Episcopi, epistolæ nonnullæ.

5.° Sancti *Bernardi* liber de diligendo Deo.

6.° Excerpta ex ejusdem sermonibus in Canticum canticorum.

7.° Constitutiones concilii cujusdam in Francia habiti circa tempora Alexandri III. Summi Pontificis.

8.° Forma dictandi quam Romæ notarios docuit Magister *Albertus,* qui & *Gregorius VIII.* Papa.

9.° Anonymi liber inscriptus: Requies legentis; ubi de doctrina morum.

10.° Excerpta è libris sancti Bernardi de consideratione.

11.° Anonymi opusculum, cujus titulus: Speculum caritatis; finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCXXI.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Isidori,* Hispalensis Episcopi, synonymorum, sive soliloquiorum libri duo.

2.° Sancti *Bernardi* meditationum pars.

3.° Sancti *Anselmi,* Cantuariensis Archiepiscopi, meditationum liber.

4.° Ejusdem enchiridion.

5.° Sancti *Augustini* liber de salutaribus documentis.

6.° Sancti *Anselmi,* Cantuariensis Archiepiscopi, proslogion.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXXII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continetur *Isidori,* Hispalensis Episcopi, commentarius in varios Veteris Testamenti libros, Genesim scilicet, Exodum, Leviticum, Deuteronomium, Josuam, Judices, Regum quatuor libros, & Salomonem: initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXXIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur sancti *Isidori,* Hispalensis Episcopi, liber de allegoriis Veteris Testamenti: præfixa oratio ad sanctam Mariam Virginem; subjecta verò ad calcem de ecclesiæ Doctorum charactere carmina.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXXIV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Isidori,* Hispalensis Episcopi, interpretatio nominum Veteris & Novi Testamenti: initium desideratur.

2.° Vita vel obitus eorum qui in Domino præcesserunt: authore eodem.

3.° Ejusdem allegoriæ in sacram Scripturam.

4.° S. *Hieronymi* homilia in Pascha.

5.° S. *Augustini* homilia de die judicii.

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

IIM DCCCXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Allegoriæ Veteris & Novi Testamenti: authore *Isidoro,* Hispalensi Episcopo.

2.° Ejusdem physiologus de natura bestiarum.

3.° Vita sancti Cudberti, Episcopi Lindisfarnensis, versibus scripta: nonnunquam inter lineas glossæ; initium & finis desiderantur.

4.° Epochæ nonnullæ ad historiam Veteris Testamenti spectantes.

5.° Vita sanctæ Menaliæ: ea pars codicis chartacea est, & ad sæculum decimum quintum referenda.

6.° Anonymi expositio in Canticum canticorum.

7.° Chronicon ab Aurelio Antonino ad Philippum usque, Henrici filium, Francorum Regem, perductum.

8.° Catalogus Episcoporum Andegavensium.

9.° Breve chronicon ab anno 929. ad annum 1099.

10.° Catalogus Episcoporum S. Albini.

11.° Anonymus de terminis Paschalibus.

12.° Anonymi opusculum, cujus titulus est: interrogatio Trinitatis & qualitatis.

13.° Anonymi opusculum de diebus lunæ faustis & non faustis.

14.° *Hippocratis* epistola de diebus Ægyptiis.

15.° Excerpta è conciliis Eliberitano & Carthaginensi.

16.° Orationes variæ de sancta Cruce.

In hoc codice alia duodecimo, alia decimo tertio, nonnulla decimo sæculo videntur exarata.

IIM DCCCXXVI.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sancti

1.° Sancti *Isidori* libri duo de mysteriis Christi, ad Florentinam sororem.

2.° Sancti *Juliani*, Episcopi Toletani, prognosticorum libri tres.

3.° Anonymi interrogata & responsa de Trinitate.

4.° *Alcuini* epistola ad Georgium, Episcopum Hierosolymitanum.

5.° Ejusdem ad Leonem Papam epistola.

6.° Ejusdem epistola commendatitia ad amicos.

7.° Ejusdem epistola ad Carolum Magnum.

8.° Alcuini epitaphium.

9.° Expositio fidei catholicæ; incipit: *Quicumque vult salvus esse.*

10.° Expositio brevis in canonem missæ.

11.° Regula sancti *Augustini.*

12.° Capitula canonum concilii Aquisgranensis, anno 817. habiti.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Isidori,* Hispalensis Episcopi, sententiarum theologicarum libri tres, ex Gregorii Magni moralibus maximam partem excerpti.

2.° Principum quorumdam, Cruce signatorum, ad Urbanum Papam epistola de Antiochiæ expugnatione.

3.° Vita sancti Dionysii Areopagitæ: authore *Hilduino;* præfixa *Hincmari,* Remensis Archiepiscopi, ad Carolum Calvum epistola de Dionysii passione.

4.° Revelatio quæ ostensa est sancto Papæ Stephano, & memoria de consecratione altaris sanctorum Petri & Pauli.

5.° Caroli Regis visio, qua in inferos ductus horrenda ibi supplicia contemplatur & obstupescit.

6.° Narratio de puero quodam Hebræo, qui, in ignem à patre projectus, salvus & incolumis evasit.

7.° *Odonis,* Cluniacensis Abbatis, collationum libri tres: præmittitur epistola ad Turpionem, Lemovicensem Episcopum.

Is codex partim duodecimo, partim decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXXVIII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur *Isidori,* Hispalensis Episcopi, sententiarum theologicarum libri tres, è Gregorii Magni moralibus maximam partem excerpti: ad calcem subjiciuntur nonnulla de Incarnationis mysterio.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur beati *Isidori,* Hispalensis Episcopi, sententiarum theologicarum libri tres: singulis libris præmittitur capitum index.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Isidori,* Hispalensis Episcopi, præfatio in collectionem canonum: initium desideratur.

2.° Epistola *Aurelii,* Carthaginensis Episcopi, ad Papam Damasum: sequitur *Damasi* responsum.

3.° Ordo in Conciliis celebrandis servandus.

4.° Sanctorum *Clementis* & *Anacleti,* summorum Pontificum, epistolæ decretales.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Monita de verbis beati *Isidori,* Episcopi Hispalensis, extracta ad instruendum hominem qualiter vitia valeat evitare, & in bonis se debeat informare: præmittuntur versus nonnulli Gallici, quorum is est titulus: Clauses en François, de raison à conscience & au corps humain, specialement selon ses cinq sens, veoir, oyr, fler, ou goster, sentir & toucher: partem aliquam horum versiculorum Latinè vertit anonymus.

2.° Instructio Sacerdotis, ut dignè valeat celebrare.

3.° Liber de officio Sacerdotis, editus à Fratre *Thoma de Aquino,* ordinis Fratrum Prædicatorum.

4.° Preces nonnullæ.

5.° Tractatus de communicatione idiomatum, editus à *Nicolao Oresmio,* sacræ theologiæ & liberalium artium Professore.

6.° Compilatio quatuor librorum meteorologicorum, edita à Magistro *Petro de Alliaco.*

7.° *Secundi,* Philosophi, liber de diversis quæstionibus.

8.° Liber de pœnis Inferni.

9.° Orationis Dominicæ & symboli explicatio.

10.° Quædam quodlibeta naturalis philosophiæ.

11.° *Henrici de Hassia* tractatus de reductione effectuum in virtutes communes.

12.° Magistri *Alberti de Saxonia* tractatus de proportionibus.

13.° *Joannis Buridani* quæstio de punctis.

14.° Tractatus de speculis.

15.° Collatio domini Cancellarii, quam fecit licentiando Medicos.

16.° Sermo domini Cancellarii Universitatis Parisiensis, factus in Universitate Parisiensi anno Domini 1400.

17.° Douze considérations qu'une personne peut avoir, afin que son oraison soit valable envers Dieu.

18.° Sermo quem fecit dominus Cancellarius in die sancti Antonii, Parisiis, coram Rege & aliis Principibus: Gallico idiomate.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM DCCCXXXII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Eugenii*, Toletani, poëmatia triginta & unum, eadem quæ à Sirmondo edita fuerunt.

2.° *Dracontii*, Presbyteri, carmen de fabrica mundi, sive Hexameron: præmittitur *Eugenii* ad Chindasvindum, Regem, epistola, qua nonnulla in eo Dracontii opere suppressa, nonnulla aucta à se & perpolita testatur.

3.° Ejusdem ad Theodosium juniorem, Augustum, carmen elegiacum, cujus is est titulus: Satisfactio, qua à Deo omnipotente veniam petit, ne præcedenti carmine aliquid incautus errasset; dein Theodosio juniori, Augusto, precem defert cur de triumphis illius in eodem opere tacuisset.

4.° *Eugenii*, Toletani, monosticha recapitulationis septimi diei.

5.° Sancti *Cypriani* versus ad quemdam Senatorem, ex christiana religione ad idolorum servitutem conversum.

6.° *Prosperi* versus de vitiis morum lapsæ Reipublicæ.

7.° *Drepanii Flori*, Diaconi Lugdunensis, carmina in evangelium Matthæi.

8.° Gesta Christi Domini: eodem authore.

9.° Ejusdem carmina in evangelium Joannis.

10.° Ejusdem oratio, cum commemoratione antiquorum miraculorum Christi, Dei nostri.

11.° Epigramma libri homiliarum totius anni, ex diversorum Patrum tractatibus ordinati: eodem authore.

12.° Ejusdem poëma de lugendis sui temporis flagitiis.

13.° Ejusdem epistola tertia ad Modoïnum, Augustodunensem Episcopum.

14.° Ejusdem epistola secunda ad eumdem.

15.° Ejusdem hymnus in solemnitate S. Michaëlis Archangeli.

16.° Ejusdem hymnus in natalem sanctorum Joannis & Pauli.

17.° *Agobardi*, Lugdunensis Episcopi, carmen de sanctorum Cypriani, Sperati & Pantaleonis reliquiarum transportatione.

18.° Ejusdem, nî fallor, Bernardo Episcopo gratiarum actio.

19.° Hymnus trium puerorum: authore *Floro*, Lugdunensi.

20.° Versus in honorem Sanctorum quorumdam quos veneratur Lugdunensis ecclesia.

21.° *Wandelberti*, Monachi Prumiensis, martyrologium carmine heroïco scriptum: præmittitur ad Otricum epistola de hujus operis ordine & ratione.

22.° *Eugenii*, Episcopi, hymnus de sancto Dionysio.

23.° *Theodulphi*, Aurelianensis Episcopi, carmina varia.

24.° Fragmentum de mysteriis Christi.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hildefonsi*, Toletani, liber de perpetua virginitate beatæ Mariæ Virginis: præfixa est præfatio *Gomesani*, Presbyteri.

2.° Ejusdem mellifluæ dapes in laudem Mariæ Virginis.

3.° Ejusdem tractatus contra eos qui disputant de perpetua virginitate sanctæ Mariæ Virginis, & de ejus parturitione.

4.° Ejusdem sermo in Assumptionem B. Mariæ semper Virginis & genitricis Dei.

5.° Ejusdem homilia adversùs illos qui mendosè affirmant Mariam Virginem contra legem Dominum peperisse.

6.° *Odonis*, Abbatis Cluniacensis, collationum libri duo: præmittitur capitum index.

7.° Carmen in laudem beatæ Mariæ Virginis: authoris nomen non comparet.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXXXIII. A.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Juliani,* Toletani, prognosticorum, sive de præscientia futuri sæculi libri tres ad Idalium: liber primus & initium secundi desiderantur.

2.° *Gennadius,* Massiliensis, de dogmatibus ecclesiasticis.

3.° *Isidori,* Episcopi Hispalensis, epistola ad Masianum, Episcopum.

4.° Fragmentum è libro sancti *Augustini* de cura pro mortuis gerenda.

5.° Lectiones in vigilia defunctorum.

6.° Alia fragmenta ex eodem libro sancti *Augustini* de cura pro mortuis gerenda.

7.° Excerpta ex moralibus beati Gregorii, Papæ, in Job.

Is codex sæculo undecimo videtur exaratus.

IIM DCCCXXXIV.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur *Juliani,* Toletani, ad Idalium prognosticorum, sive de præscientia futuri sæculi libri tres: præmittuntur ejusdem epistola ad Idalium, Barcinonensem Episcopum, & oratio ad Deum.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXXXV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Juliani,* Toletani, ad Idalium, Barcinonensem Episcopum, prognosticorum, sive de præscientia futuri sæculi libri tres.

2.° *Isidori,* Hispalensis, sententiarum theologicarum libri tres.

Hujusce codicis duodecimo, ut videtur, sæculo exarati, ita miserè turbatus est foliorum ordo, ut hæc opuscula ambo nullo discrimine commisceantur.

IIM DCCCXXXVI.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° *Juliani,* Toletani Episcopi, prognosticorum pars.

2.° Excerpta è sancti Augustini operibus.

3.° *Petri Blesensis* epistolæ undecim.

4.° Sancti *Augustini* liber de cognitione veræ vitæ.

5.° Ejusdem soliloquiorum liber: finis desideratur.

6.° Flores è variis Veteris Testamenti libris collecti.

7.° Anonymi summa theologica, scholasticorum more, in quatuor libros distributa, quorum duo priores exciderunt; superest tertius de Incarnatione, & quartus de Sacramentis, cujus finis desideratur.

Hujusce codicis, in quo folia multa loco suo mota, pars duodecimo, pars decimo tertio sæculo exarata videtur.

IIM DCCCXXXVII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur *Juliani,* Toletani, prognosticorum futuri sæculi libri tres ad Idalium, sedis Barcinonensis Episcopum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Bedæ,* Presbyteri, expositio in Ezram, Prophetam: præmittitur authoris epistola ad Accam, Episcopum.

2.° Vita sancti Pauli, Narbonensis Episcopi.

3.° Anonymi expositio in Danielem, Prophetam.

Is codex partim duodecimo, partim undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Bedæ,* Presbyteri, expositio allegorica in librum Tobiæ.

2.° Sententiæ de sancta Trinitate, ex Augustini libris excerptæ.

3.° Sancti *Bernardi* sermo in Annuntiationem.

4.° Sancti *Hieronymi* epistola ad Heliodorum, Episcopum.

5.° Initium decreti *Gratiani.*

6.° Confessio *Berengarii,* Andegavensis.

7.° Abbreviatio pœnitentiæ Theophili.

8.° Excerpta de rebus ad morum doctrinam pertinentibus.

9.° *Yvonis,* Episcopi Carnotensis, epistola quadragesima prima ad Goffridum, Abbatem Vindocinensem.

10.° Sermones varii.

11.° Anonymi tractatus de quinque septenis.

12.° *Hugonis de Sancto Victore* liber de tribus diebus.

13.° Sermones varii.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Venerabilis *Bedæ* commentarius in Actus Apostolorum.

2.° Ejusdem liber retractationis in Actus Apostolorum.

3.° Ejusdem epistola ad Accam, de mansionibus filiorum Israël.

4.° Ejusdem epistola de eo quod ait Esaias: *Et claudentur ibi in carcere.*

5.° Ejusdem epistola de æquinoctio, juxta Anatolium, ad reverendissimum & sanctissimum fratrem Victhedum, Presbyterum.

6.° Sancti *Gregorii*, Papæ, epistola ad Ætherium, Lugdunensem Episcopum: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Bedæ* expositio in septem Epistolas canonicas.

2.° Ejusdem commentarius in librum primum Regum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXLII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Venerabilis *Bedæ* de tabernaculo & vasis ejus ac vestibus Sacerdotum libri tres.

2.° Ejusdem liber de ædificatione Templi.

3.° *Hugonis*, Suessionensis, ad Patres Confluentiæ congregatos epistola de Ecclesiæ unitate.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXLIII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° *Bedæ* breviarium de titulis Psalmorum omnium, quod de Cassiodoro sumpsit.

2.° Sancti *Odonis* sermo dictus die festo sancti Benedicti, Abbatis.

3.° Sancti *Augustini* homilia de igne Purgatorio.

4.° Ejusdem sermo in hæc verba: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.*

5.° Fragmentum in illud Apostoli: *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est.*

6.° Sancti *Cypriani* sermo de zelo & livore.

7.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de pœnitentia.

8.° Sancti *Augustini* admonitio de pœnitentia.

9.° Sancti *Cæsarii* admonitio, per quam ostenduntur tria genera eleemosynarum, quibus peccata absque labore corporis redimi possunt.

10.° Anonymi de octo principalibus vitiis, de actuali & contemplativa vita libri duo.

11.° *Isidori junioris*, Episcopi, propria peccata deflentis, synonyma.

12.° Exempla adversùs Monachos, qui carnes comedunt, edita; ad calcem hæc legas: *Anno millesimo ducentesimo quinto ab Incarnatione Domini fecit hunc librum ligare Bernardus Iterii, hujus loci armarius;* sequuntur nomina virorum quorumdam illustrium qui anno 1206. supremum diem obierunt.

13.° Venerabilis *Nili* dicta de octo vitiis principalibus.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXLIII. *A.*

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur venerabilis *Bedæ* liber scintillarum, sive loci communes: initium desideratur.

Is codex sub finem sæculi octavi videtur exaratus.

IIM DCCCXLIII. *B.*

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Venerabilis *Bedæ* liber scintillarum.

2.° Enumeratio plagarum quibus animæ apud inferos torquentur.

3.° Vita sanctæ Euphrosynes, Alexandrinæ.

4.° Fragmentum de tribus mortis generibus.

5.° De Paradiso terrestri.

6.° Vita sanctæ Marinæ, quæ sub Fratris Marini nomine inter Monachos vixit.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXLIII. *C.*

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur:

1.° Venerabilis *Bedæ* liber scintillarum.

2.° Sancti *Gregorii*, Papæ, dialogorum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCXLIII. *D.*

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur venerabilis *Bedæ* liber scintillarum.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCXLIII. *E.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Venerabilis *Bedæ* libri scintillarum epitome: præmittuntur orationes piæ & poëma de gestis Salvatoris.

2.° Scripturæ de novissimis diebus, de Inferno & de judicio, secundùm Vetus & Novum Testamentum.

3.° Vita sancti Joannis Apostoli.

4.° Orationes piæ: authore B. *Brandano,* Monacho.

5.° Fragmentum historiæ naturalis: accedunt figuræ minùs elegantes.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCXLIII. *F.*

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continetur venerabilis *Bedæ* liber scintillarum: accedunt anonymi additiones.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCXLIV.

Codex membranaceus, quo continetur psalterium abbreviatum, cum orationibus & litaniis. authore *Beda;* initium desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXLV.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° Liber gestorum Barlaam & Josaphat, servorum Dei: authore *Joanne Damasceno.*

2.° Vita sancti Brandani, Abbatis.

3.° Magistri *Richardi de Sancto Victore* liber de egressione filiorum Israël ex Ægypto.

4.° Anonymi versus de Resurrectione.

5.° Anonymi versus in laudem Mariæ Magdalenæ.

6.° Anonymus de Paradiso, & de Antichristo.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCXLVI.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° *Paulini,* Aquileiensis Episcopi, contra Felicem, Orgelitanum, libri tres de Filii divinitate: præmittitur ad Carolum Magnum epistola; subjecta verò ad calcem regula fidei, metro exarata: eodem authore.

2.° Sancti *Augustini* liber de prædestinatione Sanctorum.

3.° Visio vel actus beatissimi Baruntii, Confessoris.

4.° *Macarii,* Alexandrini, sermo asceticus.

5.° Vita septem Dormientium in Epheso.

6.° Excerpta quædam è sanctis Augustino, Gregorio Papa, Hieronymo & Isidoro.

7.° Passio sanctæ Reginæ Virginis: authore *Theophilo.*

8.° Homilia in illud psalmi: *Unam petii à Domino, hanc requiram.*

9.° Sententiæ ex Augustini operibus selectæ.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXLVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Alcuini* commentarius in psalmos pœnitentiales: primus integer desideratur.

2.° Ejusdem ad Pueros sancti Martini epistola de confessione peccatorum.

3.° Ejusdem commentarius in psalmum centesimum decimum octavum.

4.° Ejusdem commentarius in psalmos graduales.

5.° Ejusdem ad Widonem Comitem liber de virtutibus & vitiis.

6.° Anonymi commentarius in psalmum centesimum decimum octavum: manu paulò recentiore.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Alcuini* contra Felicem, Orgelitanum Episcopum, libri septem.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Alcuini* de fide sanctæ Trinitatis, & de Incarnatione libri tres: præmittitur epistola nuncupatoria ad Carolum Magnum, Imperatorem.

2.° Ejusdem epistola ad Fredegisum, sive quæstiones de sancta Trinitate.

3.° Ejusdem liber de anima ad Gundradane: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCXLIX. *A.*

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° *Alcuini* de fide sanctæ Trinitatis libri

tres, ad Carolum Magnum, Imperatorem: præmittuntur 1.° fragmentum de doctrina morum: 2.° narratio de inventione sanctæ Crucis: 3.° sancti *Augustini* sermo de mundi ætatibus: 4.° Narratio commentitia de Tiberio, qui de Christi miraculis inquisivit: 5.° anonymi fragmentum de octo hominis partibus: 6.° expositio *Hieronymi* de hominis cursu: 7.° de septem gradibus Ecclesiæ interrogata & responsa: 8.° anonymi fragmenta de remediis morborum.

2.° Ejusdem *Alcuini* de Trinitate quæstiones ad Fredegisum: finis desideratur.

Is codex decimo sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Alcuini* liber manualis ad Carolum Regem; sive de fide sanctæ Trinitatis & de Incarnatione libri tres.

2.° Ejusdem responsiones ad interrogata Fredegisi.

3.° Ejusdem epistola ad Eulaliam.

4.° S. *Augustini* sermo in Natali Domini.

5.° Ejusdem de adventu Domini sermones quatuor.

6.° Ejusdem sermones varii de Natali Domini: his insertus est sermo sancti *Hieronymi* de eodem argumento.

7.° Ejusdem sermones duo in natali S. Stephani.

8.° Sermo in natali sanctorum Innocentium.

9.° Transitus sancti Joannis Apostoli & Evangelistæ.

10.° Anonymi homilia de Circumcisione Domini.

11.° Sancti *Augustini* sermones duo de calendis Januarii.

12.° Ejusdem homiliæ in Epiphaniam.

13.° Ejusdem sermo in Purificatione beatæ Mariæ Virginis.

14.° Ejusdem homilia de decem Virginibus.

15.° Ejusdem sermo in illud: *Et Joseph & Filii Israël creverunt.*

16.° Ejusdem homilia de decem plagis: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini*, sive potiùs *Alcuini* epistola ad quemdam Comitem.

2.° Sancti *Athanasii*, Episcopi Alexandrini, liber de imagine Dei.

3.° Excerpta ex dialogis sancti Gregorii, Papæ.

4.° Anonymi tractatus de fuga vitiorum.

5.° Sermones Magistri *Nicolai de Tornaco.*

6.° Anonymi tractatus de septem vitiis capitalibus, & de virtutibus.

7.° Anonymi sermones varii.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCLII.

Codex membranaceus, olim Ulrici Obrechti, Argentoratensis. Ibi continentur *Amalarii*, Metensis Chorepiscopi, de divinis officiis libri tres: singulis præfixus capitum index.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Agobardi*, Lugdunensis Episcopi, liber adversùs dogma Felicis.

2.° Idem de insolentia Judæorum.

3.° Idem de Judaïcis superstitionibus.

4.° Idem ad Adalardum de baptismo Judaïcorum mancipiorum.

5.° Ejusdem ad Nebridium, Episcopum Narbonensem, epistola de cavendo convictu & societate Judaïca.

6.° Ejusdem liber adversùs legem Gundobaldi.

7.° Ejusdem ad Bernardum, Episcopum, liber de privilegio & jure Sacerdotii.

8.° Ejusdem liber contra insulsam vulgi opinionem de grandine & tonitruis.

9.° Ejusdem liber contra objectiones Fredegisi, Abbatis.

10.° Ejusdem ad Proceres Palatii, Hilduinum & Walam, epistola contra præceptum impium de baptismo Judaïcorum mancipiorum.

11.° Ejusdem ad Bartholomæum, Episcopum, epistola de quorumdam inlusione signorum.

12.° Ejusdem ad Matfredum, Procerem Palatii, epistola, qua miserias sui temporis deplorat.

13.° Ejusdem ad Clericos & Monachos Lugdunenses epistola de modo regiminis ecclesiastici.

14.° Ejusdem de picturis & imaginibus liber.

15.° Ejusdem de dispensatione rerum ecclesiasticarum liber.

16.° Ejusdem liber seu sermones adversùs damnabilem eorum opinionem, qui putant divini judicii veritatem igne vel aquis, vel conflictu armorum patefieri: accedunt ad marginem notæ.

17.° Ejusdem epistola ad Ludovicum Pium, Imperatorem, de divisione Imperii Francorum inter filios ejusdem Ludovici.

18.° Ejusdem ad eumdem epistola de comparatione utriusque regiminis, ecclesiastici & politici.

19.° Ejusdem liber apologeticus pro filiis Ludovici Pii, Imperatoris, contra patrem.

20.° Ejusdem chartula porrecta Lothario, Augusto, in synodo Compendiensi.

21.° Ejusdem ad Ebbonem epistola de spe & timore.

22.° Ejusdem liber de divina psalmodia.

Hujusce codicis, circa annum 840. ut videtur, exarati, initio hæc legas: *Hæc Agobardi opera manuscripta, à Papirio Massono in lucem edita, ad majorem illius editionis fidem Bibliothecæ regiæ dono dedi ego Joan. Bapt. Massonus, Regis Eleemosynarius, Papirii frater, 16. Julii anno salutis 1618.*

IIM DCCCLIV.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° *Paschasii Radberti*, Abbatis Corbeiensis, liber de corpore & sanguine Christi: præmittuntur ad Placidium suum præfatio & versiculi de corpore Christi.

2.° Anonymi sermo de sancta Trinitate.

3.° *Severi Sulpitii* ad socrum suam Basulam epistola de transitu sancti Martini.

4.° *Gregorii Turonensis* loca de sancto Martino.

5.° *Alcuini* liber de vita sancti Martini.

6.° *Gregorii Turonensis* testimonia de S. Briccio, Episcopo.

7.° Anonymi sermo de Natali Deiparæ.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Paschasii Radberti*, Abbatis Corbeïensis, tractatus de corpore & sanguine Domini: præmittuntur versiculi & epistola ad Regem Carolum, & capitum index; ad calcem verò subjiciuntur ejusdem versiculi de corpore Christi.

2.° *Ildefonsi* opusculum de azimo.

3.° *Ildefonsi*, Episcopi Toletani, tractatus de perpetua virginitate B. Mariæ Virginis: præmittitur *Gomesani*, Presbyteri, præfatio in eumdem tractatum.

4.° Versiculi dicendi ante lectum Episcopi: finis desideratur.

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

IIM DCCCLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Paschasii Ratberti*, Abbatis Corbeïensis, tractatus de corpore & sanguine Domini: præmittuntur versiculi de corpore Christi.

2.° Anonymi liber, cujus is est titulus: Glossæ de ordine Romano, & de quatuor orationibus Episcoporum, sive populi.

Is codex sæculo undecimo exaratus videtur.

IIM DCCCLVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Paschasii Ratberti*, Abbatis Corbeïensis, ad Placidium suum liber de corpore & sanguine Christi: præmittuntur ad Carolum Calvum versiculi, quorum acrostichis est Ratbertus Levita; subjecta verò ejusdem ad Fredugardum, amicum, epistola de eodem argumento.

2.° Glossarium Veteris & Novi Testamenti.

3.° Soliloquia de contemptu mundi & reparatione generis humani.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Lupi*, Abbatis Ferrariensis, epistolæ variæ.

2.° *Boëtii* commentariorum in Aristotelis categorias editio prima.

3.° Monachorum Rivipullensium epistola encyclica de morte Bernardi, Comitis Bisuldunensis.

4.° *Olivæ*, Episcopi Ausonensis, epistola ad Gaucelinum, Archiepiscopum Bituricensem, de ejusdem Comitis morte: sequitur *Gaucelini* responsum.

5.° Monachi anonymi ad quemdam Monachum, Joannem nomine, epistola.

6.° Ejusdem ad eumdem epistola de libris transcribendis.

7.° *Olivæ*, Episcopi Ausonensis, epistola ad Sancium, Regem Ibericum, qua ipsum hortatur ut aliquid de suo conferat ad extruendam Ecclesiam Rivipullensem.

8.° *Joannis* Monachi ad Olivam, Episcopum Ausonensem, epistola, in qua de

quatuordecim hominibus, tanquam hæreticis, à Roberto Rege morte damnatis in Aurelianensi civitate.

9.° *Olivæ* epistola ad Monachos Rivipullenses.

10.° Monachorum Floriacensium epistola encyclica de morte Abbonis, Abbatis.

11.° Anonymi epistola ad R. Philosophum.

Hujus codicis pars prior decimo, posterior undecimo sæculo videtur exarata.

IIM DCCCLIX.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Lugdunensis ecclesiæ libellus ad epistolas trium venerabilium Episcoporum de veritate divinæ præscientiæ & prædestinationis: authore *Floro*, Diacono Lugdunensi.

2.° Solutio quæstionis cujusdam de generali per Adam damnatione omnium, & de speciali per Christum ex eadem ereptione electorum.

3.° Libellus de tenenda immobiliter Scripturæ sanctæ veritate, & sanctorum orthodoxorum Patrum authoritate fideliter sectanda; contra cujusdam capitula quatuor de libero hominis arbitrio & de prædestinatione.

4.° Liber adversùs Joannis Scoti ineptias, & errores de prædestinatione & præscientia, ac de vera humani arbitrii libertate, decem & novem capitulis contentos.

5.° Concilii Valentini, anno Incarnationis 855. habiti, capitula sex.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCLX.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Excerpta ex Rabano Mauro de celebratione missæ, & de ordinibus Clericorum.

2.° Mandata quæ dedit sanctus Benedictus sancto Mauro, cùm eum in Galliam mitteret.

3.° Vita sancti Benedicti, ex historia Longobardorum Pauli Diaconi descripta.

4.° Allegoriæ & historiæ variæ ad mores informandos spectantes.

5.° Nomina Principum Paganorum, qui in Britannia imperaverunt.

6.° Nomina Regum Christianorum Angliæ, ad Eduardum usque tertium.

7.° Anonymi commentarius in orationem Dominicam & in symbolum Apostolorum.

8.° Fides Berengarii de corpore & sanguine Domini.

9.° Orationes ante & post psalterium recitandæ.

10.° Fragmentum de Berengario.

11.° Miraculum de corpore & sanguine Domini.

12.° Visio Hugonis, Abbatis Cluniacensis, de Willelmo II. Anglorum Rege.

13.° Gesta Salvatoris, à Theodosio Magno inventa; sive evangelium Nicodemi.

14.° Descriptio locorum sanctorum, quæ Bedæ tribuitur.

15.° Quindecim signa quæ diem judicii præcedent.

16.° Miracula quædam.

17.° Sermones varii.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCLXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Rabani Mauri* libri tres de institutione Clericorum: initium & finis desiderantur.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCLXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alvari*, Cordubensis, liber scintillarum, è variis Scripturæ sacræ & sanctorum Patrum locis concinnatus.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCLXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Ratramni*, Corbeïensis Monachi, libri quatuor contra opposita Græcorum Imperatorum Michaëlis & Basilii, quibus Ecclesiam Romanam infamare conantur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Æneæ*, Episcopi Parisiensis, tractatus adversùs Græcos: præmittuntur 1.° *Nicolai I.* Papæ, epistolæ duæ; altera ad Carolum Calvum, Regem Francorum, altera ad Hincmarum, Archiepiscopum Remensem: 2.° index capitum.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Hincmari*, Remensis Archiepiscopi, tractatus adversùs Hincmarum,

Laudunensem

Laudunensem Episcopum: præmittuntur 1.° index capitum; 2.° *Hincmari,* Laudunensis Episcopi, epistola versibus scripta ad dominum Carolum Regem: ad calcem verò subjiciuntur *Hincmari* Remensis & *Hincmari* Laudunensis epistolæ mutuæ.

Is codex sæculo nono exaratus videtur.

IIM DCCCLXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Hincmari,* Archiepiscopi Remensis, liber de divortio Lotharii Regis & Thetbergæ: nonnulla sub finem desiderantur.

Is codex sæculo decimo exaratus videtur.

IIM DCCCLXVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Adelgeri,* Episcopi, admonitio ad Honsudam, Reclusam; sive liber de studio virtutum.

2.° Vita sanctæ Euphrosynes, Alexandrinæ.

3.° Vita sanctæ Pelagiæ.

4.° Narratiuncula de Taïsi meretrice & de Paphnutio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Smaragdi,* Abbatis, liber inscriptus: Diadema Monachorum.

2.° Sancti *Hieronymi* admonitio ad Monachos.

3.° Sancti *Basilii* opusculum de eodem argumento.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tractatus inscriptus: Diadema Monachorum: authore *Smaragdo,* Abbate.

2.° Excerpta è Proverbiis Salomonis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCLXX.

Codex chartaceus, olim Rogerii de Gaignieres. Ibi continentur:

1.° *Smaragdi* liber inscriptus: Diadema Monachorum.

2.° *Richardi de Sancto Victore* commentarius in Canticum canticorum.

Is codex anno 1431. exaratus est.

IIM DCCCLXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Adalberti,* Levitæ, speculum quatuor libris comprehensum: præmittitur prologus ad Hairmannum, Presbyterum.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCLXXII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Fulberti,* Episcopi Carnotensis, epistolæ variæ.

2.° Ejusdem rythmi de Trinitate, de fide, spe & caritate, de sententiis Philosophorum, de summo bono, de differentia dialecticæ & rhetoricæ, & de Abbate Joanne brevis staturæ.

3.° Carmen de anno, mensibus & diebus: subjecta est rerum quarumdam ad astronomiam pertinentium explicatio.

4.° Aliæ *Fulberti* epistolæ.

5.° Sermones varii.

6.° Hymni varii.

Hujusce codicis pars membranacea duodecimo sæculo, chartacea decimo septimo videtur exarata.

IIM DCCCLXXIII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur:

1.° *Hermanni,* Monachi, tractatus de laudibus beatæ Mariæ Virginis, Laudunensis: præmittuntur quædam Deiparæ miracula.

2.° *Hugonis Farsiti* liber de miraculis B. Mariæ, Suessionensis.

3.° *Athanasius* de imagine Christi, Berytensi.

4.° Beati *Anselmi,* Cantuariensis, sermo in illud Lucæ: *Intravit Jesus in quoddam castellum.*

5.° Varia Deiparæ miracula.

6.° *Elizabethæ,* Schonaugiensis Abbatissæ, visionum libri quinque: sub finem non pauca desiderantur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Guitmundi,* Aversani, ad Rogerium libri tres contra Berengarium, de veritate corporis & sanguinis Christi in Eucharistia.

2.° Versiculi nullius momenti.

3.° *Alexandri Magni* ad Bracmannos

epiſtolæ duæ, cum illorum reſponſo.

4.° Ejuſdem ad Didymum epiſtola, cum hujus reſponſo.

5.° Ejuſdem epiſtola ad Ariſtotelem de mirabilibus Indiæ.

6.° *Daretis Phrygii* hiſtoria Trojana.

7.° Loca quædam è variis hiſtoriis, nullo ſervato ordine, ſelecta.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Lanfranci,* Abbatis, gloſſæ in Epiſtolas Pauli, ſi tamen duas ad Corinthios exceperis, è dictis Patrum excerptæ: finis deſideratur.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXVI.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Auguſti Thuani, poſteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Lanfranci,* Archiepiſcopi Cantuarienſis, epiſtola, ſive liber de corpore & ſanguine Domini, adversùs Berengarium.

2.° Sancti *Auguſtini* libellus de doctrina chriſtiana.

3.° Ejuſdem ſermo de octo beatitudinibus.

4.° Ejuſdem expoſitio in orationem Dominicam.

5.° Ejuſdem homilia de igne Purgatorio.

6.° Ejuſdem homilia in illud: *Si ergo obtuleris munus tuum ad altare.*

7.° Ejuſdem homilia in illud: *Si quis ſpiritum Chriſti non habet.*

8.° Ejuſdem manuale; ſive epiſtola dogmatica ad Theophilum; incipit: *Dici non poteſt.*

9.° *Iſidori* ſynonyma.

10.° Exhortatio pœnitentis, cum conſolatione & miſericordia Dei; ad animam, futurum judicium formidantem.

11.° Oratio pro correptione vitæ ſuper peccatis.

12.° Fragmentum de unitate Trinitatis.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXVII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Anſelmi,* Archiepiſcopi Cantuarienſis, liber de azymo ac fermentato: præmittuntur nonnulla de Pſalmorum ſuperſcriptionibus, & carmen elegiacum de vitiis.

2.° *Ivonis,* Carnotenſis Epiſcopi, epiſtola: Utrùm in cœna datum ſit Diſcipulis paſſibile corpus, cùm nos ſumamus impaſſibile.

3.° Excerpta è ſanctis Ambroſio & Auguſtino de ſacramento Altaris.

4.° *Guitmundi,* Averſani, contra Berengarium libri tres de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.

5.° *Ivonis,* Carnotenſis Epiſcopi, epiſtola: Cur inter verba Sacramentorum in conſecratione Dominici calicis poſitum ſit *Myſterium fidei.*

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXVII. A.

Codex membranaceus, olim ſancti Martialis Lemovicenſis. Ibi continetur *Anſelmi,* Cantuarienſis Archiepiſcopi, elucidarium: initium deſideratur: ad calcem ſubjiciuntur fragmentum de tribus Mariis & verſus ænigmatici.

Is codex duodecimo ſæculo videtur exaratus.

IIM DCCCLXXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Anſelmi,* Archiepiſcopi Cantuarienſis, elucidarium; ſive dialogus ſummam fidei chriſtianæ exhibens.

2.° Poſitiones de libero arbitrio.

3.° Sancti *Auguſtini* ſermo de igne Purgatorio.

4.° Anonymi carmen de victoria à Simone, Comite Montisfortis, de Raymundo, Tholoſano Comite, reportata.

5.° *Innocentii* Papæ III. dicta.

6.° *Anſelmi,* Archiepiſcopi Cantuarienſis, libri duo, cur Deus homo.

7.° Vita Antichriſti: authore *Alcuino.*

8.° *Hincmari,* Remenſis Archiepiſcopi, collectio è ſacris Scripturis, & Orthodoxorum dictis de una & non trina deïtate.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXIX.

Codex membranaceus, quo continetur *Anſelmi,* Archiepiſcopi Cantuarienſis, elucidarium; ſive dialogus ſummam fidei chriſtianæ exhibens.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Anselmi*, Archiepiscopi Cantuariensis, elucidarium; sive dialogus summam fidei christianæ exhibens.

2.° Constitutiones, sive statuta Canonicorum regularium; ad quorum calcem hæc leguntur: *Hoc est exemplum, seu transcriptum quarumdam constitutionum editarum per sanctissimum Patrem & Dominum nostrum Dominum Benedictum, divina providentia Papam XII. ejusque bulla plumbea cum filis sericis bullatarum super reformatione ordinis seu religionis Canonicorum regularium, quarum tenor talis est; Benedictus Episcopus, servus servorum Dei, &c.*

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Anselmi*, Archiepiscopi Cantuariensis, monologium: præmittuntur præfatio & capitum index.

2.° Ejusdem proslogium: præmissis etiam præfatione & capitum indice.

3.° Disputatio cujusdam (*Gaunilonis* scilicet) pro insipiente qui dixit in corde suo, Non est Deus; respondentis ad ea quæ adversùs eumdem insipientem in præcedenti libello disputata sunt.

4.° *Anselmi* liber apologeticus contra respondentem pro insipiente; Gaunilonem scilicet.

5.° Ejusdem ad Urbanum, Papam, epistola de Incarnatione Verbi.

6.° Ejusdem orationes.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Anselmi*, Abbatis Beccensis, posteà Cantuariensis Archiepiscopi, monologion: initio codicis occurrit hymnus in laudem sancti Thomæ, Cantuariensis.

2.° Ejusdem proslogion.

3.° Disputatio cujusdam (*Gaunilonis* scilicet) pro insipiente.

4.° *Anselmi*, Cantuariensis Archiepiscopi, meditationes, sive orationes: inserta est ejusdem epistola ad Gundulfum de orationibus in laudem beatæ Mariæ Virginis.

5.° Oratio *Theophili* ad beatam Virginem.

6.° Oratio beati *Maurilii*, Episcopi Andegavensis, ad sanctam Mariam.

7.° Orationes variæ.

8.° Litaniæ de sancta Maria: ad calcem subjiciuntur variæ orationes.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Anselmi*, Archiepiscopi Cantuariensis, proslogion.

2.° Ejusdem liber de conceptu virginali, & de peccato originali.

3.° Sancti *Bernardi* liber de gratia & libero arbitrio.

4.° Ejusdem tractatus de præcepto & dispensatione.

5.° Ejusdem epistola ad Fratres de Monte-Dei.

6.° Quædam pars de expositione domini Aurelianensis Episcopi super extremam visionem Ezechiëlis, Prophetæ, de ædificio in monte posito.

7.° Bulla *Innocentii III.* Papæ de canonizatione beati Hugonis, Episcopi Gratianopolitani: sequitur ejusdem Hugonis vita, authore *Guigone*, Priore Carthusiæ.

8.° *Eucherii*, Episcopi Lugdunensis, epistola ad Hilarium, Episcopum Arelatensem, de laude eremi.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Anselmi*, Archiepiscopi Cantuariensis, tractatus de concordia præscientiæ, prædestinationis & gratiæ Dei cum libero arbitrio.

2.° Ejusdem libri duo, cur Deus homo.

3.° Ejusdem liber de Verbi Incarnatione.

4.° Ejusdem proslogion.

5.° Ejusdem liber de libero arbitrio.

6.° Ejusdem similitudines.

7.° Ejusdem monologion: finis desideratur.

8.° Ejusdem liber de veritate: initium desideratur.

9.° Ejusdem liber de casu Diaboli.

10.° Ejusdem liber de conceptu virginali, & de originali peccato.

11.° Anonymi meditationes: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Anselmi,* Archiepiscopi Cantuariensis, liber de concordia præscientiæ & prædestinationis, nec non gratiæ Dei cum libero arbitrio.

2.° Ejusdem liber de libero arbitrio.

3.° Ejusdem dialogus de casu Diaboli.

4.° Ejusdem ad Urbanum, Papam, liber de Incarnatione Verbi.

5.° Ejusdem, cur Deus homo, libri duo.

6.° Ejusdem meditatio de humana redemptione.

7.° Ejusdem liber de conceptu virginali, & de peccato originali.

8.° Ejusdem contra Græcos liber de processione Spiritus sancti.

9.° Ejusdem liber de azymo ac fermentato.

10.° Ejusdem epistola de Sacramentis Ecclesiæ, ad Valerannum, Episcopum Nurenburgensem.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXVI.

Codex membranaceus, quo continentur *Anselmi,* Cantuariensis Archiepiscopi, meditationes & orationes.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° *Ivonis,* Carnotensis Episcopi, liber de dedicatione & de concordia Veteris & Novi Testamenti.

2.° Idem de Sacramentis.

3.° Idem de excellentia sacrorum ordinum, & de vita ordinandorum.

4.° Idem de indumentis sacerdotalibus, vel pontificalibus.

5.° Idem qualiter conveniant sacramenta vetera cum novis.

6.° Idem de juvenca rufa.

7.° Idem de missa.

8.° Idem, qualiter conveniant mysticæ orationes vel operationes nostrorum Sacerdotum, cum his quas Pontifices in Sanctis Sanctorum faciebant.

9.° Ejusdem sermo de Cruce, & cur Deus homo.

10.° Ejusdem sermo de oratione Dominica.

11.° Ejusdem sermo de symbolo Apostolorum.

12.° Ejusdem sermo de adulterino habitu.

13.° Ejusdem epistolæ centum & sexaginta: quas inter 32. & 59. bis repetitæ sunt, aliæ nonnullæ decurtatæ, vel in partes divisæ; epistolæ verò 126. Daimberto Senonensi Archiepiscopo inscriptæ additur fragmentum nondùm editum, sub hoc titulo: *Item idem eidem Archiepiscopo de eodem....* & altera ejusdem *Yvonis* eidem Daimberto schedula de electione M... nondùm edita.

14.° Ejusdem *Ivonis,* Patris ecclesiæ sancti Quintini & pauperum Christi Deo inibi servientium, epistola Remorum Archiepiscopo, nondùm edita.

15.° *Marbodi,* Rhedonensis Episcopi, poëma de lapidibus pretiosis.

16.° *Hugonis,* Lingonensis Episcopi, poëma de passione sancti Victoris: in medio hujusce codicis extant duæ *Anselmi,* Cantuariensis Archiepiscopi, epistolæ ad Paschalem, Papam, ejusdemque *Paschalis* responsiones.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXVII. A.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Ivonis,* Episcopi Carnotensis, epistolæ.

2.° Anonymi tractatus brevis de sacramento conjugii.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

IIM DCCCLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Ivonis,* Carnotensis Episcopi, epistolæ numero ducentæ sexaginta duæ, eædem cum editis, si ducentesimam nonam excipias, quæ in hoc nostro codice viginti circiter lineis prolixior legitur: præfixus index.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Ivonis,* Carnotensis Episcopi, epistolæ: nonnulla initio desiderantur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXC.

Codex membranaceus, olim Petri de

Carcavi. Ibi continentur *Ivonis,* Carnotensis Episcopi, epistolæ: omnes editæ.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXCI.

Codex membranaceus, quo continentur *Ivonis,* Episcopi Carnotensis, epistolarum libri decem: singulis præfixus epistolarum index, primo tamen, cujus initium desideratur, excepto.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM DCCCXCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Ivonis,* Episcopi Carnotensis, epistolæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXCII. A.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Ivonis,* Episcopi Carnotensis, epistolæ: præmittitur epistola sancti *Fulgentii* de forma fidelitatis.

Is codex sæculo decimo tertio videtur exaratus.

IIM DCCCXCIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Ivonis,* Episcopi Carnotensis, epistolæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Ivonis,* Episcopi Carnotensis, epistolæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXCV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° *Hugonis,* Prioris sancti Laurentii, tractatus de conversatione monastica.

2.° Sancti *Bernardi* meditationes & sermones.

3.° Preces & orationes variæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM DCCCXCVI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Hugonis de Folieto* aviarium sacrum.

2.° Ejusdem tractatus de medicina animæ.

3.° Ejusdem libellus ad socium volentem uxorem ducere.

4.° Anonymi sermo de laudibus beatæ Mariæ Virginis.

5.° *Ernaldi,* Abbatis, tractatus de verbis Domini in cruce.

6.° Anonymi explanatio in Canticum canticorum.

Is codex sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

IIM DCCCXCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Hugonis de Folieto* liber de claustro animæ.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCXCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hugonis de Fulleïo* tractatus de duodecim abusionibus claustri materialis.

2.° Ejusdem tractatus de claustro spirituali.

3.° Liber, cujus titulus est; Elucidarium: authore S. *Anselmo,* Archiepiscopo Cantuariensi.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM DCCCXCIX.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Guitberti,* Novigentini Abbatis, ad Magistrum Norbertum tropologiarum in Osee libri tres.

2.° Ejusdem in Lamentationes Jeremiæ liber unus.

3.° Ejusdem in Amos liber unus.

4.° Ejusdem de Incarnatione, adversùs Judæos, libri tres: non pauca desiderantur.

5.° Anonymi expositio in Psalmos.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CM.

Codex membranaceus, quo continentur *Guitberti,* Abbatis Novigentini, de Sanctis & de pignoribus Sanctorum libri quatuor ad Odonem, sancti Symphoriani Abbatem: subjecta ejusdem ad Sigefridum epistola de buccella Judæ data, & de veritate Dominici corporis.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CMI.

Codex membranaceus, quo continentur *Brunonis,* Signiensis Episcopi, commentarii in librum Job.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Brunonis,* Episcopi Signiensis, expositio in Psalmos.

2.° Ejusdem commentarius in Apocalypsim.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMIII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur *Hildeberti,* Cenomanensis Episcopi, epistolæ, quas inter nonnullæ aliæ reperiuntur, quarum authores initialibus tantummodò litteris designantur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMIV.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Hildeberti,* Episcopi Cenomanensis, epistolæ.

2.° Glossæ in Lucanum.

3.° Vocabulorum quorumdam, quæ in libris sacris occurrunt, interpretatio.

4.° *Æsopi* fabulæ sex, versibus scriptæ.

5.° Excerpta ex anonymi commentario in Vetus & Novum Testamentum.

6.° Sancti *Anselmi,* Cantuariensis, libellus de processione Spiritus sancti, adversùs Græcos: initium desideratur.

7.° *Alcuini* cum Carolo Magno dialogus de dialectica.

8.° Sancti *Augustini* epistola ad Macedonium.

9.° Glossæ in Juvenalem.

10.° Glossæ in Virgilii eclogas.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hildeberti,* Episcopi Cenomanensis, epistolæ: insertum est carmen elegiacum de mysterio & ordine missæ.

2.° *Adami,* Abbatis Perseniæ, epistola ad Osmundum, Monachum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMVI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Hildeberti,* Episcopi Cenomanensis, epistolæ.

2.° *Cassiodori* variarum fragmenta.

3.° *Ciceronis* libri tres de legibus.

Hujusce codicis partes duæ priores sæculo decimo tertio, & tertia decimo quinto exaratæ videntur.

IIM CMVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Hildeberti,* Episcopi Cenomanensis, epistolæ.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hildeberti,* Cenomanensis Episcopi, philosophia de interiore & exteriore homine.

2.° *Claudii Claudiani* libri duo in Rufinum.

3.° Ejusdem liber de bello Gildonico.

4.° Ejusdem libri duo in Eutropium.

5.° Ejusdem fescennina de nuptiis Honorii, Augusti.

6.° Ejusdem epithalamium de nuptiis Honorii, Augusti.

7.° Ejusdem libri tres de laudibus Stiliconis.

8.° Ejusdem panegyris de sexto Consulatu Honorii.

9.° Ejusdem panegyris de tertio Consulatu Honorii.

10.° Ejusdem panegyris de quarto Consulatu.

11.° Ejusdem panegyricus dictus Theodosio, Consuli.

12.° Ejusdem liber de bello Getico.

13.° Ejusdem varia carmina: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis de Abbatis-villa* summa super epistolas & evangelia Dominicarum totius anni: initium & finis desiderantur.

2.° Pœnitentiale è diversis Conciliorum canonibus concinnatum: finis desideratur.

3.° Anonymus de quatuordecim matrimonii impedimentis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CMX.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur *Joannis de Abbatis-villa* ſermones in epiſtolas & evangelia totius anni.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIM CMXI.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur ſumma ſermonum Magiſtri *Joannis de Abbatis-villa.*

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Hugonis de Sancto Victore* tractatus ſuper Lamentationibus Jeremiæ Prophetæ: præmittuntur Lamentationes *Jeremiæ* & epiſtola *Hieronymi* ad Paulam de pſalmo *Beati immaculati.*

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXIII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Hugonis de Sancto Victore* homiliæ novemdecim in Eccleſiaſten.

2.° Ejuſdem didaſcalici libri ſeptem: ſeptimus deſideratur.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIM CMXIII. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Hugonis de Sancto Victore* libri tres de arca Noë & de arca ſapientiæ.

Is codex decimo tertio ſæculo videtur exaratus.

IIM CMXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hugonis de Sancto Victore* liber de anima Chriſti.

2.° Anonymi commentarius in librum Pſalmorum.

3.° Anonymi ſermones varii.

Is codex decimo tertio ſæculo videtur exaratus.

IIM CMXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Speculum Eccleſiæ: authore *Hugone de Sancto Victore.*

2.° Liber de clauſtro animæ: in aliis codicibus *Hugoni de Folieto* tribuitur.

3.° Anonymi ſermones varii: finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Hugonis à Sancto Victore* ſumma ſententiarum ſeptem tractatibus comprehenſa; quorum primus eſt de fide, ſpe, &c. ſecundus, de creatione & Angelica natura: tertius, de creatione & humana natura: quartus, de Sacramentis in genere, & præceptis divinis: quintus, de ſacramento Baptiſmi: ſextus, de ſacramentis Confirmationis, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ & Extremæ-Unctionis: ſeptimus denique de Sacramento conjugii: hic facilè agnoſcas exemplum voluminis illius ſententiarum quod paulopoſt Petrus Lombardus edidit, ſed rerum ubertate, & ordinis ratione longè præſtantius.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIM CMXVII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Hugonis de Sancto Victore* ſententiæ.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXVIII.

Codex membranaceus, quo continentur *Hugonis à Sancto Victore* de Sacramentis chriſtianæ fidei libri duo: utrique præfixus capitum index.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIM CMXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Hugonis de Sancto Victore* tractatûs de Sacramentis liber primus: ſub finem nonnulla deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatûs de Sacramentis liber ſecundus: authore *Hugone de Sancto Victore.*

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXXI.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° *Hugonis de Sancto Victore* expoſitio ſuper regulam ſancti Auguſtini.

2.° Tractatus qui dicitur ſpeculum Religioſorum.

3.° Documenta ſancti *Bernardi,* Abbatis Clarævallenſis.

4.° *Adæ de Sancto Victore* ſoliloquium de inſtructione animæ.

5.° Sancti *Bernardi,* ſive *Hugonis de Sancto Victore* liber cui titulus: Speculum conſcientiæ.

Is codex anno 1429. exaratus eſt.

IIM CMXXII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Hugonis* confeſſio ad Abbatem.

2.° Enchiridion, ſive manuale de Deo, ſub *Auguſtini* nomine editum.

3.° *Hugo de Folieto* ad ſodalem volentem uxorem ducere.

4.° Ejuſdem liber de medicina animæ.

5.° Anonymi exhortatio de contemptu terrenorum, & amore cœleſtium.

6.° Sancti *Bernardi* opuſculum de puſillanimitate & ſcrupuloſitate.

7.° Meditationes duæ de Paſſione Domini.

8.° Orationes & preces.

9.° *Richardi de Sancto Victore* tractatus de exterminatione mali & promotione boni: ſubjectus capitum index.

10.° Ejuſdem tractatus de ſtatu interioris hominis.

11.° *Joannis Gerſonis* tractatus de oratione & valore ejus.

12.° Ejuſdem tractatus de meditatione cordis.

13.° Ejuſdem tractatus de ſimplificatione & mundificatione cordis.

14.° Ejuſdem tractatus de directione, ſeu rectitudine cordis.

15.° Ejuſdem tractatus de illuminatione cordis.

16.° Anonymi dialogus de variis Diaboli tentationibus.

17.° Libri duo de imitatione Chriſti.

18.° *Hermanni de Stildis* tractatus de Conceptione beatæ Mariæ Virginis.

19.° *Anſelmi,* Archiepiſcopi Cantuarienſis, epiſtola de eodem argumento.

20.° Officium Conceptionis B. Mariæ Virginis, in ſynodo Baſileenſi ordinatum.

21.° Orationes ad Lazarum.

22.° Conſiderationes de morte.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIM CMXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Petri Abælardi* epiſtola ad amicum, de vita ſua.

2.° Ejuſdem & *Heloïſſæ* epiſtolæ mutuæ.

3.° *Berengarii Pictavienſis,* Abælardi diſcipuli, apologeticus contra beatum Bernardum, Clarævallenſem Abbatem, & alios qui condemnaverant Abælardum.

4.° Ejuſdem epiſtola ad Epiſcopum Mimatenſem.

5.° Epiſtola ad Carthuſienſes.

6.° *Petri Abælardi* epiſtola apologetica.

7.° Ejuſdem epiſtola ad Epiſcopum Pariſienſem.

8.° *Aurelii Caſſiodori,* viri Senatoris, variarum libri quatuor priores.

9.° Fragmentum de rhetorica.

10.° *Stephani Aurelianenſis,* Epiſcopi Tornacenſis, epiſtolæ omnes.

11.° *Alexandri,* Summi Pontificis, ad Gallicanos Præſules epiſtola de electione perſonarum eccleſiaſticarum.

12.° Epiſtolarum formulæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIM CMXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur ſancti *Bernardi,* Abbatis Clarævallenſis, epiſtolæ.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi,* Abbatis Clarævallenſis, epiſtolæ.

2.° Exceptiones è libro ſancti Thomæ Aquinatis de regimine Principum.

3.° Sermones varii.

4.° Exceptiones è libris ſancti Auguſtini de civitate Dei, & ex aliis quibuſdam illius operibus.

5.° S. *Bonaventuræ* tractatus inſcriptus: Pharetra.

6.° Sermones varii.

7.° Variorum ſacræ Scripturæ locorum explicatio, ordine alphabetico diſpoſita.

8.° Sermones varii.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur ſancti *Bernardi,* Clarævallenſis Abbatis, epiſtolæ numero 251. præfius illarum index.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIM CMXXVII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, quo continentur:

1.° Sancti *Bernardi* ad Raymundum epistola de cura rei familiaris.

2.° Epistola *Theophrasti* monentis homines ne ducant uxores.

3.° Legati cujusdam ad Cæsarem, Urbani V. nomine, oratio de pace cum Rege Hungariæ ineunda.

3.° Anonymi oratio ad Benedictum Papam.

5.° *Marci de Caniculo,* Doctoris Bononiensis, oratio ad Joannem XXIII. cùm Bononiam rediit.

6.° *Agapiti,* D. Cincii filii, oratio coram Summo Pontifice Martino V. dicta, dum ad studium esset iturus, satis adolescentulus.

7.° *Petri de Ramponibus,* Bononiensis Oratoris, oratio coram Eugenio IV. habita.

8.° Ejusdem ad eundem epistola, qua gratias agit quòd eum ad Protonotariatus officium promovisset.

9.° Collectanea ad mores informandos spectantia.

10.° *Cincii,* Romani, sermo de virtute & malitia, ex Plutarcho Latinè versus.

11.° *Valerii,* Episcopi, ad Rufinum dissuasiones ne ducat uxorem.

12.° De pugna sua cum Rege Aragonum, Januenses ad Imperatorem.

13.° *M. T. Ciceronis* ad diversos epistolæ.

14.° *Berengarii* professio fidei.

15.° *Paschasii Radberti* ad Placidium suum liber de corpore & sanguine Christi: præfixi ad Carolum Calvum versus, quorum acrostichis est: Radbertus Levita.

16.° Miracula nonnulla.

17.° Antiqui missalis fragmentum.

Hujusce codicis pars chartacea decimo quinto, membranacea sæculo decimo tertio exarata videtur.

IIM CMXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Bernardi,* Abbatis Claræ vallensis, sermones: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi,* Abbatis Claræ vallensis, tractatus in illud: *Missus est Angelus Gabriel.*

2.° Epitaphia Eugenii III. Papæ, & sancti Bernardi.

3.° *Hugonis de Sancto Victore* dialogus de Veteri Testamento, sive de creatione mundi.

4.° Ejusdem tractatus in illud: *Audi Israel.*

5.° Ejusdem expositio in canticum beatæ Mariæ Virginis.

6.° Tractatus de virginitate beatæ Mariæ: authoris nomen littera *H.* indicatur.

7.° Anonymi admonitio ad Monachos.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi* sermones quatuor in illud: *Missus est Gabriel.*

2.° Ejusdem ad Henricum, Cardinalem, capitula sexaginta de colloquio Simonis cum Jesu.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CMXXXI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Homilia in illud; *Duo ex Discipulis ibant:* sancto *Bernardo* perperam tributa; accedit rythmus incipiens: *Jesu dulcis memoria, dans vera cordis gaudia.*

2.° Anonymi tractatus asceticus: nonnulla sub finem desiderantur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CMXXXII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur sancti *Bernardi,* Claræ vallensis Abbatis, homiliæ viginti novem priores in Canticum canticorum: primæ initium desideratur.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CMXXXIII.

Codex membranaceus, primùm Sanctæ Mariæ de Bono-portu, posteà Colbertinus. Ibi continetur sermonum sancti *Bernardi* in Canticum canticorum pars prima.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXXXIV.

Codex membranaceus, primùm Sanctæ Mariæ de Bono-portu, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sermonum sancti *Bernardi* in Canticum canticorum pars secunda.

2.° Quædam invectiones *Berengarii,*

Pictaviensis, contra doctrinam beati Bernardi, & primò contra ejus eloquentiam, pro defensione Magistri sui Petri Abælardi.

3.° Sancti *Gregorii*, Papæ, dialogorum libri quatuor.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXXXV.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis, ad Eugenium Papam libri quinque de consideratione.

2.° *Hugonis III.* Archiepiscopi Rothomagensis, ad Ægidium, Archidiaconum, libellus super fide catholica & Dominica oratione.

3.° *Mileti*, sive potiùs *Melitonis*, Sardicensis Episcopi, epistolæ de transitu beatæ Mariæ Virginis fragmentum.

4.° *Merlini* prophetiarum fragmentum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis, de consideratione libri quinque ad Eugenium, Papam.

2.° Ejusdem liber de gradibus humilitatis & superbiæ.

3.° Capitula triginta septem ex ejusdem dictis concinnata.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis, libri quinque de consideratione ad Eugenium, Papam.

2.° Ejusdem meditationes.

3.° Ejusdem epistola ad Raymundum, dominum Castri sancti Ambrosii, de cura & modo rei familiaris utiliùs gubernandæ.

4.° Anonymi viridarium consolationis de virtutibus & vitiis.

5.° Sancti *Anselmi*, Cantuariensis Archiepiscopi, meditationes.

6.° *Hugonis de Sancto Victore* soliloquium, sive de arrha animæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMXXXVIII.

Codex membranaceus, primùm Sanctæ Mariæ Mortuimaris, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis, tractatus de libero arbitrio: initium desideratur.

2.° Ejusdem liber de præcepto & dispensatione.

3.° Ejusdem sermones varii, abbreviati: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMXXXIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis, de præcepto & dispensatione liber ad Monachos Carnotenses.

2.° Ejusdem tractatus de gradibus humilitatis & superbiæ: præmittitur retractatio ejusdem.

3.° Ejusdem sermones duo in illud: *Intravit Jesus in quoddam castellum.*

4.° Ejusdem ad Henricum, Senonensium Archiepiscopum, epistola de moribus Prælatorum.

5.° *Anselmi*, Cantuariensis Archiepiscopi, libri duo, cur Deus homo.

6.° Regum Francorum catalogus à Merovæo initium ducens, & desinens in Ludovico VI.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CMXL.

Codex membranaceus, olim D D. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis, tractatus de gradibus humilitatis & superbiæ: præfixa retractatio.

2.° *Anselmus*, Cantuariensis Archiepiscopus, de eodem argumento.

3.° Sancti *Bernardi*, liber de Passione & Resurrectione Domini: finis desideratur.

4.° Ejusdem liber de præcepto & dispensatione: initium desideratur.

5.° Ejusdem expositio in canticum beatæ Mariæ Virginis.

6.° *Guidonis*, Augensis, meditationes.

7.° *Guidonis de Mauritania* epistola de Incarnatione: finis desideratur.

Is codex partim decimo quarto, partim decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMXLI.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Meditationes beati *Bernardi,* Abbatis Claraevallensis.
2.° Excerpta è vitis sanctorum Sylvestri, Mauri & Pardulfi.
3.° Anonymi libellus salutis.
4.° Sermones varii.
5.° Anonymi glossulae in epistolam ad Romanos.
6.° Anonymi glossae breves in librum quartum sententiarum.
7.° *Smaragdi* glossulae in regulam sancti Benedicti.
8.° Excerpta è variis libris ad Coenobitarum vitas spectantia.
9.° Miracula varia, beatae Mariae Virgini tributa.
10.° Excerpta è dialogis sancti Gregorii, Papae.
11.° Sermones varii.
12.° Instituta Domini Papae de Monachis.
13.° Regula sancti Benedicti: accedunt scholia.
14.° Fragmentum regulae Canonicorum regularium.
15.° Bulla *Urbani,* Papae, Arberto, Abbati Sancti Rufi, ejusque fratribus data.
16.° Opusculum cujus titulus est: De effectiva lunae potentia secundùm Bedam de temporibus.
17.° Sermones varii.
Is codex saeculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMXLII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:
1.° *Guillermi,* Monachi sancti Martini Turonensis, Bernardinus, quem ipse excerpsit & compilavit de libris & dictis sancti Bernardi, Abbatis Claraevallensis.
2.° Anonymi carmen in laudem sancti Bernardi.
3.° Excerpta è libris Senecae.
Is codex saeculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMXLIII.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans, quibus continetur censura operum sancti Bernardi: authore *Joanne Hardouin,* societatis Jesu Presbytero; subjectus index rerum & verborum.
Is codex decimo octavo saeculo videtur exaratus.

IIM CMXLIV.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Guillelmi,* sancti Theodorici Abbatis, ad Haimonem Priorem & Fratres de Monte-Dei Carthusianos epistola de vita solitaria.
2.° *Petri,* Cluniacensis Abbatis, ad G. Inclusum epistola de eodem argumento.
3.° Sancti *Bernardi,* Claraevallensis Abbatis, ad Haymericum, Ecclesiae Romanae Cardinalem & Cancellarium, tractatus de diligendo Deo: finis desideratur.
4.° Ejusdem sermones varii.
Is codex decimo tertio saeculo exaratus videtur.

IIM CMXLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:
1.° *Willelmi,* Abbatis S. Theodorici Remensis, epistola ad Fratres de Monte-Dei.
2.° Magistri *Roberti Pulo,* sive *Pulli,* sermones varii.
3.° *Hildeberti,* Cenomanensis, epistolae quaedam.
4.° *Hugonis de Sancto Victore* tractatus de sponso & sponsa: finis desideratur.
Is codex saeculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMXLVI.

Codex membranaceus, quo continentur:
1.° *Arnoldi,* Bonaevallis Abbatis, tractatus de cardinalibus Christi operibus: praemittitur illius ad Hadrianum IV. Papam prologus.
2.° *Martini Dumiensis* ad Mironem liber de differentiis quatuor virtutum; sive formula honestae vitae.
3.° Fragmenta duo, alterum de nominum origine, alterum de sacramento Eucharistiae.
Is codex decimo tertio saeculo exaratus videtur.

IIM CMXLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:
1.° *Richardi de Sancto Victore* tractatus de exterminatione mali & promotione boni.
2.° Sancti *Bernardi,* Abbatis Claraevallensis, tractatus de diligendo Deo.
3.° Ejusdem rythmus, qui inscribitur Jubilus.
4.° Oratio ad beatam Mariam Virginem.
5.° Anonymi opusculum rythmicum, cujus titulus est: Philomela devotionis; initium desideratur.
6.° Sancti *Augustini* oratio pro consolatione impetranda in tribulatione.
Is codex saeculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMXLVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° *Hugonis Etheriani* libri tres de hæresibus Græcorum, sive de processione Spiritus sancti ex Patre & Filio, adversùs errores Græcorum: accedunt ad marginem scholia; ad calcem verò subjectæ sunt ejusdem *Hugonis* ad Alexandrum III. Papam, & ad Aimericum, Antiochenum Patriarcham, epistolæ, cum illorum responsis.

2.° Sancti *Gregorii Nazianzeni* apologeticus de fuga sua in Pontum: interprete *Rufino;* finis desideratur.

Is codex exeunte decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMXLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Mauricii,* Episcopi Parisiensis, sermones totius anni decursu legendi.

2.° Anonymi tractatus de computo ecclesiastico.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CML.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur *Petri Manducatoris* sermones.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMLI.

Codex membranaceus, olim Mentellianus. Ibi continentur *Petri Manducatoris* sermones.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Manducatoris* sermones per anni circulum legendi.

2.° Anonymi tractatus de rebus ad jus canonicum & disciplinam ecclesiasticam pertinentibus.

3.° Anonymi commentarius in varia Scripturæ sacræ loca.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMLIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur *Petri Blesensis,* Archidiaconi Bathoniensis, epistolæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Petri Blesensis* epistolæ: præmittuntur *Frederici,* Imperatoris, epistolæ novem.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMLV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Petri Blesensis,* Bathoniensis Archidiaconi, epistolæ.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Blesensis* epistolæ: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Blesensis,* Bathoniensis Archidiaconi, epistolæ.

2.° *Alexandri III.* Papæ epistola ad Soldanum Persarum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIM CMLVIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur *Petri Blesensis* epistolæ: initium & finis desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLIX.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Petri Blesensis* epistolæ centum quinquaginta & una: ad calcem subjectus illarum index.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Blesensis,* Archidiaconi Bathoniensis, epistolæ.

Is codex anno 1447. exaratus est.

IIM CMLXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Magistri *Petri Blesensis,* Archidiaconi Bathoniensis, epistolæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMLXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Magistri *Petri Blesensis* epistolæ variæ, quas inter Universitatis Parisiensis epistola ad Carolum VI. super via cessionis & renuntiationis.

2.° Concilii Constantiensis epistolæ septem.

3.° Anonymi, fortasse *Petri de Corbelhio* satyra adversùs eos qui uxores ducunt.

4.° *Pilati* ad Romanos epistola de Christo.

5.° Sancti *Augustini* opusculum de dignitate Sacerdotum.

6.° Anonymi exhortatio ad Sacerdotes, versibus scripta.

7.° Præfatio libri qui inscribitur: Schola Salernitana.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

SANCTI PATRES.

In-octavo.

IIM CMLXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Philonis Judæi* oratio de nobilitate, è Græco sermone in Latinum conversa per *Jacobum Gopylum.*

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Clementis* recognitionum libri decem, è Græco sermone in Latinum à *Rufino* conversi: accedunt ejusdem *Clementis* epistolæ duæ ad Jacobum fratrem Domini; secundæ finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMLXV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° *Origenis* commentarius in Leviticum: initio codicis occurrit fragmentum sextæ satyræ *Juvenalis,* cum quibusdam glossis interlinearibus.

2.° Litaniæ ad usum monasterii sancti Martialis, in quibus sancti Martialis nomen nominibus Apostolorum postponitur, sed nominibus Evangelistarum præponitur.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

IIM CMLXVI.

Codex membranaceus, olim D.D. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur:

1.° Sancti *Ephræmi,* Diaconi, liber, non esse adhærescendum rebus sæcularibus.

2.° Ejusdem liber de judicio Dei, de Resurrectione, de regno cœlorum, & de munditia animæ.

3.° Ejusdem liber de beatitudine animæ.

4.° Ejusdem liber de pœnitentia.

5.° Ejusdem liber de luctaminibus hujus sæculi.

6.° Ejusdem liber de die judicii.

7.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de pœnitentia.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXVII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Lactantii* liber de ira Dei: desiderantur priora septem capita.

2.° Ejusdem liber de opificio Dei, seu de hominis formatione.

3.° Sancti *Augustini* tractatus de spiritu & anima.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMLXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Lactantii Firmiani* liber de ira Dei.

2.° Ejusdem liber de opificio Dei, seu de hominis formatione.

3.° Vita sancti Pauli, Eremitæ: authore sancto *Hieronymo.*

4.° Sanctus *Hieronymus* de Monacho captivo.

5.° Vita sancti Hilarionis: authore eodem *Hieronymo.*

6.° Ejusdem epistola ad Haletam de institutione filiæ.

Is codex anno 1439. exaratus est.

IIM CMLXVIII. A.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continetur altercatio inter Zachæum Christianum & Apollonium Philosophum: authoris nomen ignoratur.

Is codex undecimo sæculo videtur exaratus.

IIM CMLXIX.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* libellus de Nativitate

B. Mariæ Virginis: præmittitur *Chromatii* & *Heliodori* ad Hieronymum epistola, cum hujus responso.

2.° *Melitonis,* Sardicensis Episcopi, liber de obitu beatæ Mariæ Virginis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini* soliloquia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMLXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* soliloquiorum liber.

2.° Ejusdem meditationes.

3.° Ejusdem libellus de vanitate sæculi fugienda.

4.° Ejusdem manuale.

5.° Ejusdem supputationum, seu supplicationum liber.

6.° Orationes variæ ad beatam Mariam Virginem.

Is codex anno 1461. exaratus est.

IIM CMLXXII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* soliloquiorum liber.

2.° Libellus cui titulus est: Contemplatio brevis & utilis.

3.° Sancti *Bernardi* liber de conscientia.

4.° Sancti *Augustini* manuale.

5.° Sancti *Anselmi* oratio.

6.° Manassæ, Regis Juda, oratio.

7.° *Isidori,* Hispalensis Episcopi, synonymorum, seu soliloquiorum libri duo.

8.° De Lucretia patris & mariti lamentabilis propositio: sequitur Lucretiæ responsio.

9.° *Albertani,* Causidici Brixiensis, liber de doctrina dicendi & tacendi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXIII.

Codex membranaceus, quo continetur sancti *Augustini* soliloquiorum liber.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de Magistro.

2.° *Alcuini* quæstiones de Trinitate.

3.° Dicta *Basilii,* Episcopi, de duodecim remissionibus.

4.° *Alcuini* liber de dialectica.

5.° Varia carmina.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXV.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* manuale.

2.° Sancti *Bonaventuræ* fasciculus de vita, passione & resurrectione Christi.

Hujusce codicis pars prior decimo quarto, ut videtur, sæculo, posterior anno 1467. exarata est.

IIM CMLXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur manuale sancti *Augustini:* præmittitur capitum index.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMLXXVII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Speculum, sive manuale sancti *Augustini.*

2.° Ejusdem soliloquia: præmittitur index.

3.° Ejusdem meditationes.

4.° Ejusdem liber de contemptu miseræ hujus vitæ.

5.° Ejusdem orationes super psalmo quinquagesimo.

6.° Ejusdem liber cui titulus: Manuale verbi Dei, seu de contemplatione Jesu Christi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur sancti *Augustini* de mirabilibus sacræ Scripturæ libri tres: præmittitur epistola sancti *Augustini* ad Clerum Carthaginensem; singulis autem libris præfixus index capitum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIM CMLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Augustini,* Episcopi, in epistolam Joannis de caritate tractatus decem.

Is codex sæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM CMLXXX.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° S. *Augustini* sermones duo de consideratione finis & de contemptu mundi.

2.° Imitationis Christi fragmentum de judicio & pœnis peccatorum.

3.° Meditationes de morte.

4.° Tractatus de altitudine humilitatis & patientiæ.

5.° *Eusebii*, Cæsariensis Episcopi, sermones duodecim ad Religiosos.

6.° Sancti *Augustini* fragmentum de finali judicio.

7.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Claravallensis, fragmentum de confessione.

8.° Ejusdem instructio pro conservanda disciplina.

9.° Ejusdem summa, quomodò debeat ædificari domus interior conscientiæ.

10.° Sancti *Bonaventuræ* tractatus de triplici via per quam pervenitur ad sapientiam.

11.° Ejusdem libellus de meditatione vitæ Domini nostri Jesu Christi.

12.° Ejusdem libellus de arbore Crucis.

13.° Speculum peccatoris: authore anonymo.

14.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Claravallensis, meditationes.

15.° *Cassiodori*, viri Senatoris, liber de anima: finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus est, si tamen Cassiodori librum de anima excipias, qui nono sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur sancti *Augustini* ad Laurentium enchiridion de fide, spe & caritate.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXXII.

Codex chartaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* tractatus de virginitate.

2.° Ejusdem liber de pœnitentia.

3.° Ejusdem liber de divinatione Dæmonum.

4.° Ejusdem liber contra quinque Hæreticorum genera.

5.° *Herigeri*, Abbatis Lobiensis, tractatus de sacramento Eucharistiæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IID CMLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de mendacio.

2.° Ejusdem epistolæ ad Cœlestinum, ad Antonium, ad Gaium & ad Hermogenianum.

3.° Ejusdem libri duo de ordine.

4.° Ejusdem liber de beata vita.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de quatuor virtutibus caritatis.

2.° Ejusdem sermo de pœnitentia.

3.° Ejusdem sermo de oratione & jejunio.

4.° Ejusdem sermo ad populum.

5.° Ejusdem sermo de morte.

6.° Anonymi sermones quidam ascetici.

7.° Sancti *Augustini* sermo ad Virgines.

8.° Ejusdem tractatus de carne superba.

9.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de confessione.

10.° Sancti *Augustini* regula ad servos Dei.

11.° Ejusdem sermo de reddendis Decimis.

12.° Sancti *Leonis*, Papæ, symbolum fidei.

13.° Anonymus de natura Angelorum, & casu Apostatarum.

14.° Anonymus de magorum præstigiis & incantationibus.

15.° Anonymus de Dæmonum natura & divinatione.

16.° Sancti *Antonii* exhortatio ad fratres.

17.° Sancti *Cæsarii*, Arelatensis Episcopi, homiliæ decem.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXXIV. A.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de conflictu vitiorum & virtutum, in hoc nostro codice sancto Ambrosio, Mediolanensi Episcopo, perperam tributus: præmittitur formula vetus confessionalis.

2.° Officium defunctorum.

3.° Ratio Septuagesimæ, Sexagesimæ, Quinquagesimæ & Quadragesimæ.

Is codex decimo sæculo videtur exaratus.

IIM CMLXXXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* ad Petrum, Diaconum, liber de fide.

2.° Ejusdem liber de honestate: initium desideratur.

3.° Ejusdem liber de triplici habitaculo.

4.° Ejusdem liber de conflictu vitiorum atque virtutum.

5.° *Isidori* de hypocritis fragmentum.

6.° Sanctorum *Ambrosii* & *Hieronymi* quæstiones in Hexameron.

7.° *Anselmi*, Cantuariensis Archiepiscopi, elucidarium libris tribus: tertii finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* meditationum liber primus.

2.° *Gerardi Zutphaniensis* meditationes & gratiarum actiones de vita & beneficiis Christi.

3.° Meditationes & orationes de divinis officiis.

Is codex anno 1510. exaratus est.

IIM CMLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber de quinque hæresibus.

2.° *Pauli Orosii* ad sanctum Augustinum quæstiones de Trinitate, aliisque sacræ Scripturæ locis, cum hujus reponsione.

3.° Sancti *Augustini* liber de prædestinatione.

4.° Ejusdem liber de natura boni, adversùs Manichæos.

5.° *Herigeri*, Lobiensis Abbatis, liber de corpore & sanguine Domini: subjiciuntur plurima sanctorum Patrum de illo argumento loca.

Is codex partim duodecimo, partim decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIM CMLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Marc. Ibi continentur:

1.° Sancti *Augustini* liber contra quinque hæreses.

2.° *Heraclidis* paradisus, duobus libris: præmittitur *Paschasii*, Diaconi, ad Eusebium Presbyterum epistola.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Cassiani* de institutis Cœnobitarum libri duodecim.

2.° Epistola de Monachis Beneventanis, quam transmisit *Teudemarus*, Abbas, ad dominum Carolum Regem: superest tantùm initium.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIM CMXC.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hilarii*, Episcopi Arelatensis, sermo in funere sancti Honorati, decessoris sui.

2.° Sancti *Eucherii*, Episcopi Lugdunensis, epistola ad Hilarium, Monachum Lirinensem, de laude eremi.

3.° *Gregorii*, Abbatis, hymnus in laudem sancti Honorati.

4.° Anonymi hymnus in ejusdem laudem.

5.° *Joannis Baptistæ Mantuani*, Carmelitæ, carmen in laudem insulæ Lirinensis.

6.° *Henrici Lupuli*, Canonici Bernensis, oratio ad divum Honoratum.

7.° *Ignatii*, Monachi, hymnus in laudem sanctæ Trinitatis.

8.° *Isidori*, Monachi, hymnus in Natali Christi Domini.

9.° Anonymi carmen ad divam Virginem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIM CMXC. *A*.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Isidori*, Episcopi Hispalensis, synonymorum libri duo.

2.° Vita, seu passio sancti Haimrammi, Martyris Ratisponensis: authore *Cyrino*, peccatore.

3.° *Isidori*, Hispalensis, libri duo contra Judæos, ad Florentiam sororem suam.

Is codex decimo sæculo videtur exaratus.

IIM CMXCI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Eucherii*, Lugdunensis Episcopi, ad Valerianum cognatum epistola parænetica, ab amore mundi studioque prophanæ philosophiæ,

philosophiæ, ad veræ pietatis veræque sapientiæ studium provocans.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IIM CMXCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Boëtii* opusculum, quòd Trinitas sit unus Deus, & non tres Dii.

2.° Ejusdem opusculum, quòd Pater, Filius & Spiritus sanctus de divinitate non substantialiter prædicentur.

3.° Ejusdem opusculum, an omne quod est, bonum sit? cùm non sint substantialia bona.

4.° Ejusdem fidei confessio, sive brevis institutio religionis christianæ.

5.° Ejusdem tractatus adversùs Eutychem & Nestorium.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMXCIII.

Codex chartaceus, quo continetur *Facundi*, Hermianensis, epistola fidei catholicæ in defensione trium capitulorum.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIM CMXCIII. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii*, Papæ, epistolæ variæ: sequitur ejusdem vita.

2.° Visio, seu vita sancti Fursei, Abbatis.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIM CMXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Isidori* soliloquia.

2.° Beati *Bernardi* libellus de salute animæ.

3.° Sancti *Augustini* tractatus de duodecim abusionibus sæculi.

4.° Anonymi tractatus de concordantiis cantûs.

5.° Excerpta è quæstionibus Magistri Raymundi Lullii.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIM CMXCIV. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Isidori junioris* liber differentiarum, sive de proprietate sermonis: præmittuntur 1.° excerpta è sanctis Patribus; 2.° sancti Ambrosii sermo ad eos qui in cœnobiis habitant; 3.° narratio de patientia cujusdam virginis Sanctimonialis; 4.° vita sanctæ Euphrosynæ Virginis; 5.° vita sanctæ Pelagiæ Virginis, fine mutila.

2.° Ejusdem ars institutionum disciplinæ.

3.° Explicatio nonnullorum Scripturæ locorum.

Is codex partim octavo, partim undecimo sæculo videtur exaratus.

IIM CMXCV.

Codex membranaceus, olim Mentellianus. Ibi continentur:

1.° Venerabilis *Bedæ* tractatus in Tobiam.

2.° Anonymus de modo & scientia confitendi peccata.

3.° Nonnulla de præscientia & de prædestinatione.

4.° Concilium Lateranense anno 1179. sub Alexandro Papa III. habitum.

5.° Concilium Turonense anno 1163. ab eodem congregatum.

6.° Tractatus asceticus: authore anonymo.

7.° *Guillelmi*, sancti Theodorici Abbatis, expositio in Canticum canticorum, è sancti Gregorii operibus concinnata.

8.° Tractatus alter asceticus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIM CMXCV. *A.*

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continetur venerabilis *Bedæ* liber scintillarum: initium & finis desiderantur.

Is codex undecimo sæculo videtur exaratus.

IIM CMXCV. *B.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur venerabilis *Bedæ* liber scintillarum: finis desideratur.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

IIM CMXCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sermo beati *Paulini*, Forojuliensis Episcopi, cuidam amico suo in sæculo militanti.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIM CMXCVII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Alcuini* epiſtola ad Widonem Comitem: præmittitur capitum index.

2.° *Iſidori* ſynonyma: nonnulla ſub finem deſiderantur.

Is codex ſæculo duodecimo exaratus videtur.

IIM CMXCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Halitgarii*, Cameracenſis Epiſcopi, de vitiis & virtutibus, deque pœnitentium ordine libri ſex.

2.° *Egberti*, Eboracenſis Archiepiſcopi, pœnitentiale.

3.° *Bedæ*, Preſbyteri, pœnitentiale.

4.° Orationes ad reconciliandum pœnitentem.

5.° Excerpta è variis ſancti Gregorii Papæ homiliis.

Is codex ſæculo decimo exaratus videtur.

IIM CMXCIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Halitgarii*, ad Ebbonem, Remorum Epiſcopum, pœnitentiale ſecundùm decreta canonum, ſex libris conſtans: ſexti finis deſideratur.

2.° Fragmentum de pœnitentia.

3.° Vitæ ſanctæ Brigittæ fragmentum: hujus vitæ author eſt, nî fallor, *Hugbaldus*, Elnonenſis Monachus.

Is codex undecimo ſæculo exaratus videtur.

IIIM.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Remigii*, Autiſſiodorenſis Monachi, commentarii in duodecim Prophetas minores.

Is codex duodecimo ſæculo exaratus videtur.

IIIM I.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Mareſcalli. Ibi continetur *Anſelmi*, Cantuarienſis Archiepiſcopi, elucidarium; ſive dialogus ſummam fidei chriſtianæ complexus.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIIM II.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Anſelmi*, Archiepiſcopi Cantuarienſis, proſlogion.

2.° Anonymi ſermones varii: finis deſideratur.

Is codex partim decimo tertio, partim decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM III.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Fulberti*, Epiſcopi Carnotenſis, ſermo de Nativitate beatæ Mariæ Virginis.

2.° Ejuſdem ſermo de Aſſumptione.

3.° Sancti *Auguſtini* tractatus de animæ quantitate.

4.° *Euſebii*, Emiſeni, homiliæ.

5.° Sermo directus à Tiberio Cæſare ad Voluſianum, Sacerdotem templi, de Jeſu Chriſto.

Is codex partim undecimo, partim duodecimo ſæculo exaratus videtur.

IIIM IV.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continetur *Ivonis*, Epiſcopi Carnotenſis, epiſtolarum pars major: præmittuntur quædam de myſterio Incarnationis Chriſti.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIIM V.

Codex membranaceus, quo continentur *Hugonis à Sancto Victore* de arca Noë libri quatuor: primi initium & quarti finis deſiderantur.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIIM VI.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur Magiſtri *Hugonis de Sancto Victore* ſententiæ.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM VII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hugonis de Sancto Victore* liber quatuor quæſtionum.

2.° Liber de tempore rerum, ſive de rerum hujus mundi inſtabilitate.

3.° *Hieronymi* expoſitionis in Danielem fragmentum.

4.° *Hugonis de Sancto Victore* tractatus de ſponſo & ſponſa.

5.° Anonymus de quatuor gradibus perfectionis.

6.° Anonymi tractatus de Antichriſto.

7.° Sermones varii.

8.° Anonymus de octo principalibus vitiis.

9.° Excerpta è vitis Patrum.

10.° *Hugonis de Sancto Victore* liber de vanitate rerum mundanarum.

11. Anonymi tractatus de locutione.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM VIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Magistri *Hugonis de Sancto Victore* liber de institutione Novitiorum.

2.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis, epistola ad Fratres de Monte-Dei.

3.° Ejusdem meditationes.

4.° Ejusdem sermo de Passione Domini.

Is codex sæculo partim decimo quarto, partim decimo quinto exaratus videtur.

IIIM IX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Hugonis de Sancto Victore* tractatus de Sacramentis christianæ fidei.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM X.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° S. *Bernardi* tractatus de conscientia.

2.° Ejusdem meditationes.

3.° *Odonis*, Abbatis Morimundensis, sermones varii.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM XI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Domini *Guillelmi*, Abbatis Albæripæ, tractatus de sacramentis numerorum, à ternario usque ad duodenarium: sequitur epistola ejusdem de sacramento quadragenarii; finis desideratur.

2.° Magistri *Hugonis de Sancto Victore* breviarium in Leviticum.

3.° *Guillelmi*, Abbatis Albæ-ripæ, tractatus de sacramentis numerorum, à tredenario usque ad vicenarium.

4.° Idem de creatione perfectorum & sacramento.

5.° Anonymi sententiæ ad morum doctrinam spectantes.

Is codex sæculo decimò tertio exaratus videtur.

IIIM XII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai*, Clarævallensis, epistolæ: finis desideratur.

2.° Concilium Lugdunense annò Christi 1274. habitum.

3.° Anonymi glossæ veteres.

4.° *Origenis* confessio adversùs hæreticos.

5.° Sanctus *Fulgentius*, Episcopus, super Thebaïdem.

6.° Anonymi tractatus brevis de urinis, de phlebotomia, & de variis remediis.

7.° *Macer* de herbarum virtutibus.

Is codex sæculo partim decimo tertio, partim decimo quarto exaratus videtur.

IIIM XIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Richardi de Sancto Victore* tractatus de duodecim Patriarchis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM XIII. *A*.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur tractatus cujus titulus; Libellus modorum: est autem hic libellus collectio variarum quæstionum de Scripturis sacris & aliis rebus theologicis; quæ quidem quæstiones expressis sanctorum Patrum testimoniis solvuntur.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

THEOLOGI.

In-folio.

SCHOLASTICI.

IIIM XIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi*, Episcopi Parisiensis, sententiarum libri quatuor.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM XV.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur Magistri *Petri Lombardi*, Episcopi Parisiensis, sententiarum libri quatuor.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM XVI.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur

Petri Lombardi sententiarum libri quatuor: ad calcem subjiciuntur fragmenta duo, alterum de pœnitentia, alterum de sacramentis Ecclesiæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor: præfixi versus de jure ecclesiastico.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor: ad calcem subjicitur *Berengarii,* Diaconi Andegavensis, confessio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXVII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Petri Lombardi,* Magistri sententiarum, libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXVII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM XXVII. *B.*

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor: accedunt ad marginem notæ, eæque manu recentiore scriptæ.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM XXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri quatuor: accedunt notæ ad marginem.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM XXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri duo priores: ad calcem subjicitur *Alexandri III.* bulla de novalibus Fratrum ordinis Cisterciensis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri tertius & quartus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sententiarum libri tertius & quartus.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XXXII.

Codex membranaceus, quo continetur *Petri Lombardi* ſententiarum liber quartus, cum commentariis: accedunt ad marginem notæ; ad calcem verò ſubjicitur carmen rythmicum de Euchariſtiæ ſacramento.

Is codex decimo quarto ſæculo exeunte videtur exaratus.

IIIM XXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alexandri Alenſis*, ordinis Fratrum Minorum, ſummæ theologicæ liber primus: ultimum capitulum deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alexandri Alenſis*, ordinis Fratrum Minorum, commentarius in primum librum ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alexandri Alenſis* commentarius in ſecundum librum ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alexandri Alenſis* commentarius in tertium librum ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XXXVII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Alexandri Alenſis* in librum tertium ſententiarum commentarius: finis deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alexandri Alenſis* commentarius in quartum librum ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Thomaſina; ſive ſancti *Thomæ de Aquino*, ordinis Prædicatorum, commentariorum in tres priores libros Magiſtri ſententiarum epitome.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti *Thomæ Aquinatis* commentarius in ſecundum librum ſententiarum.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM XLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti *Thomæ Aquinatis* commentarius in ſecundum librum ſententiarum Petri Lombardi.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti *Thomæ de Aquino* commentarius in tertium librum Magiſtri ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti *Thomæ de Aquino* commentarius in quartum librum Magiſtri ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti *Thomæ de Aquino* commentarius in quartum librum ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XLV.

Codex chartaceus, quo continetur ſancti *Thomæ Aquinatis* expoſitio in librum quartum ſententiarum.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti *Bonaventuræ*, ordinis Fratrum Minorum, commentarius in primum librum ſententiarum.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Bonaventuræ* commentarius in librum secundum sententiarum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM XLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Bonaventuræ* commentarius in librum tertium sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM XLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Bonaventuræ* commentarius in quartum librum sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM L.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri de Tarantasia*, ordinis Prædicatorum, commentarius in libros primum & secundum Magistri sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri de Tarantasia*, ordinis Prædicatorum, commentarius in libros tertium & quartum Magistri sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri de Tarantasia*, ordinis Prædicatorum, commentarius in libros primum & secundum Magistri sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri de Tarantasia*, ordinis Prædicatorum, commentarius in tertium librum Magistri sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri de Tarantasia*, ordinis Prædicatorum, commentarius in librum quartum Magistri sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri de Tarantasia* commentarius in librum secundum sententiarum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM LVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi Altissiodorensis* summa theologica in quatuor libros distributa.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur summa Magistri *Guillelmi Altissiodorensis* in quatuor libros tributa.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi Altissiodorensis* summa theologica in quatuor libros tributa.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM LIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Magistri *Guillelmi Altissiodorensis* summa theologica in quatuor libros tributa: tertii finis & quartus integer desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur summæ theologicæ libri tres: authore *Guillelmo Altissiodorensi;* primus & secundi pars maxima desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Scoti* commentarius in libros primum & secundum Magistri sententiarum: subjectus capitum index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Scoti* commentarius in libros tertium & quartum Magistri sententiarum.

2.° Ejusdem quodlibeta: ad calcem subjicitur index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXIII.

Codex membranaceus, quo continetur *Joannis Scoti,* ordinis Fratrum Minorum, commentarius in librum secundum Magistri sententiarum: subjicitur Cardinalis Papiensis oratio de officio Summi Pontificis & Cardinalium; ad calcem voluminis index accuratissimus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM LXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Richardi de Media-villa,* ordinis Fratrum Minorum, commentarius in secundum librum sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Richardi de Media-villa,* ordinis Fratrum Minorum, commentarius in librum quartum sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri Aureoli,* ordinis Fratrum Minorum, commentarius in secundum librum Magistri sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Fratris *Thomæ de Argentina,* ordinis Eremitarum sancti Augustini, commentarii in tertium & quartum sententiarum libros.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ordinatio *Geraldi Odonis,* ordinis Minorum, Magistri in theologia, super librum quartum sententiarum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM LXIX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus. Ibi continetur *Francisci de Mayronis,* ordinis Fratrum Minorum, expositio in librum primum Magistri sententiarum: ad calcem occurrit quæstionum index.

Is codex anno 1467. exaratus est.

IIIM LXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Conradi,* Monachi, quæstiones super quatuor libros sententiarum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXXI.

Codex membranaceus, quo continentur *Francisci de Marchia,* ordinis Minorum, commentarii in quatuor libros sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Fratris *Francisci de Marchia,* ordinis Fratrum Minorum, reportationes super quatuor libros sententiarum: quarti libri finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM LXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur quæstiones super sententias juxta Magistrum Hugonem.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM LXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Plaout* quæstiones Parisiis in Sorbona disputatæ super libros Magistri sententiarum: præmittuntur fragmenta duo, alterum de virtutibus & vitiis, alterum de sacramentis Ecclesiæ.

2.° *Nicolai Oresme,* Normanni, Lexoviensis Episcopi, tractatus de communicatione idiomatum.

3.° Quæstiones aliquot in Sorbona disputatæ circa theologiam.

Is codex anno 1393. exaratus est.

IIIM LXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Nicolai Dorbelli,* ordinis Fratrum Minorum, commentarius in librum quartum sententiarum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM LXXVI.

Codex chartaceus, duobus constans voluminibus, quibus continetur DD. *Thomæ de Vio Caietani,* Cardinalis, expositio in quatuor libros sententiarum.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIIM LXXVII.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Hieronymi de Hangest,* sacræ theologiæ Professoris, commentarii in quartum sententiarum librum.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXXVIII.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur *Hieronymi de Hangest,* sacræ theologiæ Professoris, quæstiones in librum quartum sententiarum: ad calcem subjicitur index rerum eo volumine comprehensarum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM LXXIX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati,* è societate Jesu, annotationes in tres priores libros Magistri sententiarum.

2.° Ejusdem tractatus de fine mundi.

3.° Ejusdem tractatus de præstigiis Dæmonum.

4.° Domini *Roberterii,* in utroque jure Doctoris, annotationes in universum jus canonicum anno 1575. dictatæ.

Hujusce codicis pars, quæ Maldonati tractatus complectitur, anno Christi 1565. exarata est.

IIIM LXXX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Joannis Maldonati,* è societate Jesu, annotationes in tres priores libros Magistri sententiarum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM LXXXI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Joannis Maldonati,* è societate Jesu, disputationes in librum tertium sententiarum de Incarnatione Christi: ad calcem subjiciuntur quædam notatu digna ex prælectionibus D. *Genebrardi* in Exodum, & varii sermones.

Is codex anno Christi 1566. exaratus dicitur.

IIIM LXXXII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Joannis Maldonati,* è societate Jesu, in quartum librum sententiarum, qui est de sacramentis, commentationes ab ipso prælectæ in collegio Claromontano, Parisiis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM LXXXIII.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati,* societatis Jesu, annotationes in librum quartum Magistri sententiarum.

2.° Ejusdem disceptatio de fine mundi, & de resurrectione.

Is codex anno 1589. exaratus est.

IIIM LXXXIV.

Codex chartaceus, quo continetur anonymi expositio in Magistrum sententiarum: initium desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius in primum librum sententiarum Petri Lombardi.

2.° *Guillelmi Britonis,* ordinis Fratrum Minorum, postillæ super prologos Bibliorum sacrorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXXXV. A.

Codex membranaceus, quo continetur anonymi commentarius in libros sententiarum Petri Lombardi, sed ordine immutato.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM LXXXVI.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur commentarii in quatuor sententiarum libros: authore anonymo; finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXXXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur commentarius in quatuor sententiarum libros, qui inscribitur Gualiff super sententiis: finis desideratur; porrò quid

voce

voce ista Gualiff intelligendum sit, ignoramus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM LXXXVIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum theologia, cujus major pars desideratur: ea codicis pars sæculo duodecimo videtur exarata.

2.° Beati *Leonis,* Papæ, epistola de translatione Jacobi Apostoli in Hispaniam: ea pars codicis sæculo decimo tertio scripta est.

3.° Anonymi homilia de caritate: eodem sæculo scripta.

4.° Ordo consecrandi Episcopi, decimo quarto sæculo scriptus.

5.° *Petri Abælardi* expositio in symbolum sancti Athanasii & in orationem Dominicam: ea codicis pars, ut & sequentes, paucis tamen exceptis quæ indicabuntur, sæculo decimo sexto scriptæ sunt.

6.° Anonymi versus de urbe Roma: initium; *Dum simulacra mihi, &c.*

7.° Versus quatuor de virtutibus Cleri.

8.° Miracula sancti Columbani.

9.° *Nicolai Belfortii,* Canonici regularis sancti Joannis Suessionensis, ad Ægidium Scondonkum, Jesuitam, epistola.

10.° Additio ad historiam sanctæ Macræ, Virginis & Martyris, ex Flodoardi libro ultimo descripta.

11.° Additio ad passionem sanctorum Rufini & Valerii, ex eodem Flodoardi libro ultimo.

12.° Fragmenta vitarum sanctorum Honorati Ambianensis & Albini Andegavensis.

13.° Complementum vitæ sancti Cudberti, Lindisfarnensis Episcopi.

14.° Miscellanea de vitis Sanctorum: authore Fratre *Nicolao Belfortio,* Canonico regulari sancti Joannis Suessionensis.

15.° Passio sanctæ Theclæ, Virginis, è vetusto codice manuscripto sanctæ Mariæ Suessionensis descripta.

16.° Vita sancti Maximi, Presbyteri & Martyris, sociorumque ejus certamen, è codice Patrum Cœlestinorum sancti Petri de Castris descripta.

17.° Vita sancti Prisci, Episcopi Capuani, ex eodem codice.

18.° *Willebrandi de Aldenbore,* Canonici Hildeseimensis, itinerarium è codice manuscripto Branensis monasterii descriptum: ibi de situ Terræ sanctæ.

19.° *Leobini,* Diaconi, de vultus Dei inventione testimonium: ex eodem codice.

20.° Sancti *Cæsarii,* Arelatensis, homiliæ decem ad Monachos: ex eodem codice.

21.° Dialogus Magistri *Thomæ Cracoviensis,* de ratione & conscientia sumendi corpus Christi: ex codice Patrum Cœlestinorum sancti Petri de Castris descriptus.

22.° Quòd indifferenter bonis & malis bona & mala dantur in hoc sæculo; versus ex codice Branensi descripti: videntur autem hi esse *Hildeberti,* Cenomanensis Episcopi.

23.° Expositio quarumdam rerum figuram gerentium: ex eodem codice.

24.° Fragmenta sermonum sancti *Leonis,* Papæ: ex eodem codice.

25.° Sermones sancti *Augustini,* quorum alter de pœnitentiá, alter de morte: ex eodem codice.

26.° Increpatio dolosi & iracundi ut cognoscat, quandiu in corde iram tenuerit, sibi non posse dimitti peccata, sed augeri: ex eodem codice.

27.° Sermones varii sancti *Augustini:* ex eodem codice.

28.° Vita sanctæ Wlfiæ, Virginis, ex codice Patrum Cœlestinorum Ambianensium descripta.

29.° Fragmentum de ranarum cantu: ex eodem codice.

30.° Narratio de fundatione Paracliti: ex eodem codice.

31.° De genere beatæ Mariæ Virginis: folium unum, duodecimo sæculo scriptum.

32.° Passio sancti Victoris, Massiliensis, è codice Vaticano descripta.

33.° *Fulgentii,* Episcopi, de prisco sermone liber ad Calcidium grammaticum: ea codicis pars, cujus finis desideratur, sæculo undecimo videtur exarata.

34.° Glossæ divinæ historiæ, eodem sæculo scriptæ.

35.° *M. Grunnii Corocottæ Porcelli* testamentum, eodem sæculo scriptum; est autem illud testamentum dialogus scurrilis inter porcellum & coquum.

36.° Libri *Bedæ* de temporibus initium: duodecimo sæculo.

37.° Ejusdem carmen exomologeticum: undecimo sæculo.

38.° *Ovidii* fragmentum: duodecimo sæculo.

39.° *Alexandri* Papæ & *Friderici* Imperatoris epistolæ de inita recenter inter eos concordia: decimo quarto sæculo exaratæ.

40.° Fragmentum de miraculis sancti

Thomæ, Cantuarienſis Archiepiſcopi: eodem ſæculo.

IIIM LXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur prima pars ſummæ theologicæ ſancti *Thomæ de Aquino.*

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur prima pars ſummæ ſancti *Thomæ de Aquino.*

Is codex decimo quarto ſæculo videtur exaratus.

IIIM XCI.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur prima pars ſummæ ſancti *Thomæ Aquinatis,* ſcripta & correcta per manum Lucæ de Molendinis: deſideratur initium.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM XCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſecunda pars ſummæ theologicæ ſancti *Thomæ de Aquino,* ſeu prima ſecundæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XCIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſecunda pars ſummæ ſancti *Thomæ de Aquino,* ſeu prima ſecundæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſecunda ſecundæ ſancti *Thomæ de Aquino.*

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſecunda ſecundæ ſancti *Thomæ de Aquino.*

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſecunda ſecundæ ſancti *Thomæ de Aquino.*

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſecunda ſecundæ ſancti *Thomæ de Aquino.*

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM XCVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur tertia pars ſummæ ſancti *Thomæ Aquinatis.*

Is codex ſæculo decimo quarto videtur exaratus.

IIIM XCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tertia pars ſummæ ſancti *Thomæ Aquinatis:* initium deſideratur.

Is codex anno 1458. exaratus videtur.

IIIM C.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is eſt titulus: Summa utcumque abbreviata & per quaſdam deciſiones dearticulata, excepta de ſecunda ſecundæ ſancti Thomæ de Aquino, ordinis Fratrum Prædicatorum, per Fratrem *Joannem Dominici de Narbona,* ejuſdem ordinis, de expreſſo mandato ſanctiſſimi Patris & Domini noſtri Domini Joannis, divina providentia ſacro-ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ Papæ XXII. completa in Avinione, anno Domini 1323.

IIIM CI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur tabulæ theologicarum quæſtionum, juxta ſummam ſancti Thomæ Aquinatis diſpoſitæ.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur ſancti *Thomæ Aquinatis* ſumma de veritate fidei catholicæ contra Gentiles, in libros quatuor diſtributa.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CIII.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continetur ſumma fidei catholicæ contra Gentiles, in quatuor libros diſtributa: authore ſancto *Thoma Aquinate;* quarti libri finis deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur sancti *Thomæ de Aquino* summa de veritate fidei catholicæ contra Gentiles, in quatuor libros distributa.

Is codex decimo quinto sæculo ineunte exaratus videtur.

IIIM CV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Thomæ Aquinatis* quæstiones de veritate fidei catholicæ contra Gentiles.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Thomæ Aquinatis* de veritate fidei catholicæ adversùs errores Infidelium libri quatuor.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Thomæ Aquinatis* de veritate catholicæ fidei contra errores Infidelium libri quatuor.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sancti *Thomæ de Aquino* quæstiones quodlibeticæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tractatus sancti *Thomæ de Aquino*, ordinis Fratrum Prædicatorum, Doctoris Eximii, factus Parisiis anno Domini 1257. contra quemdam libellum diffamatorium contra Religiosos, compositum per Magistrum Guillermum de Sancto-Amore, Magistrum in theologia, & quosdam alios suos sequaces.

2.° Ejusdem libellus de judiciis astrorum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur;

1.° Libri quatuor de regimine Principum, ad Regem Cypri: ad calcem hæc legas; *Explicit liber de regimine Principum; sed non est de Egidio, sed est beati Thomæ:* hæc verba novissima alia manu exarata sunt.

2.° *Auli Persii Flacci* satyræ quinque.

3.° *Prisciani*, Cæsariensis, commentariorum grammaticorum libri duo priores: secundi finis desideratur.

4.° Anonymi poëma de virtutibus, carmine Leonino scriptum.

5.° *Junii Juvenalis* satyræ tredecim priores.

Hujusce codicis pars prior decimo quarto sæculo, posterior duodecimo exarata videtur.

IIIM CXI.

Codex membranaceus, olim Cardinalis Borbonii. Ibi continentur beati *Thomæ Aquinatis* de Rege & regno libri quatuor.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur processus inquisitionis factæ super vita, conversatione & miraculis Fratris Thomæ de Aquino, ordinis Prædicatorum, per Umbertum, Archiepiscopum Neapolitanum, & Angelum, Viterbiensem & Tuscanensem Episcopum, anno 1319.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur processus inquisitionis factæ super miraculis Fratris Thomæ Aquinatis, ordinis Prædicatorum, per Petrum, Episcopum Anagninum, & Pandulphum de Sabello, DD. Papæ notarium, anno 1321.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXIV.

Codex membranaceus, duobus constans voluminibus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur summa *Joannis Duns*, vulgò *Scoti*, ordinis Fratrum Minorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXIV. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Magistri *Simonis Tornacensis* summa theologica: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus.

Ibi continentur *Alchoti* quæstiones, sive sententiæ: initium desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Martini de Fugeriis* summa theologica: nonnulla sub finem desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXVII.

Codex membranaceus, quo continentur Magistri *Godefridi de Fontibus*, è familia Sorbonica Doctoris Theologi Parisiensis, quæstiones quodlibeticæ tredecim: quatuor verò primæ desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXVIII.

Codex chartaceus, duobus constans voluminibus, olim Faurianus. Ibi continentur Magistri *Godefridi de Fontibus* quodlibeta: ad calcem subjiciuntur nonnulla scitu dignissima de eodem Godefrido.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIIM CXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Henrici de Gandavo,* Archidiaconi Tornacensis, quodlibeta quindecim, sive quæstiones disputatæ de variis theologiæ argumentis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Henrici Gandavensis,* Archidiaconi Tornacensis, quodlibeta duo, sive quæstiones disputatæ de facultate prædicandi & audiendi confessiones, concessa Fratribus Mendicantibus: præmittuntur canon *Omnis utriusque sexus,* Latinè & Gallicè; *Clementis IV.* & *Martini IV.* bullæ, quibus facultas prædicandi & audiendi confessiones Fratribus Prædicatoribus & Fratribus Minoribus conceditur.

2.° *Guillelmi de Matiscone,* Episcopi Ambianensis, litteræ adversùs privilegia concessa Fratribus Mendicantibus tempore Bonifacii VIII.

3.° Sermo Fratris *Joannis de Sancto Benedicto,* Magistri in theologia, super facto privilegiorum Fratribus Mendicantibus concessorum, factus Aurelianis anno 1285.

4.° Repetitio domini Ambianensis Episcopi ad dicta Fratris Joannis de Sancto Benedicto in sermone suo facto Dominica post festum sancti Vincentii.

5.° Responsio domini Ambianensis ad eundem sermonem Fratris Joannis de S. Benedicto.

6.° Sermo lectoris Minorum, Aurelianis factus super facto privilegiorum.

7.° Propositio Magistri *Petri de Ruthenac,* Præpositi Mimatensis, in facto Prælatorum.

8.° Propositio Decani Pontisarensis in facto Prælatorum & Fratrum Mendicantium.

9.° Alia ejusdem propositio.

10.° Declaratio regulæ Fratrum Minorum, facta per *Nicolaum III.* Papam.

11.° *Innocentii IV.* bulla de privilegiis & excessibus privilegiatorum.

12.° Bulla *Clementis IV.* de non ordinandis Clericis alienis absque licentia proprii Episcopi.

13.° Forma inquisitionis hæreticæ pravitatis, concessa Fratribus Prædicatoribus per Gregorium IX.

14.° Bullæ duæ *Nicolai III.* de exemptione Fratrum Prædicatorum & Minorum.

15.° Forma inquisitionis hæreticæ pravitatis, concessa Fratribus Prædicatoribus per Clementem IV.

16.° *Nicolai III.* bulla pro fratribus & & sororibus ordinis Fratrum de pœnitentia.

17.° Rationes Prælatorum, primò abbreviatæ & loco articulorum traditæ super facultate prædicandi & confessiones audiendi concessa Fratribus Mendicantibus.

18.° Majores rationes Prælatorum, traditæ per Archiepiscopum Bituricensem.

19.° Rationes Prælatorum abbreviatæ secundò, super confessionibus iterandis.

20.° Tractatus de dissensione inter Prælatos & Fratres, secretus & non concordatus.

21.° *Henrici Gandavensis* tractatus super facto Prælatorum & Fratrum.

22.° Rationes super facto Prælatorum & Fratrum, abbreviatæ per Decanum Ambianensem.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Hervæi,* Britonis, ordinis Prædicatorum, quodlibeta.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CXXII.

Codex membranaceus, primùm collegii Navarrici, posteà Philippi Drouin. Ibi continentur:

1.° *Petri de Alliaco,* Episcopi Cameracensis & Cardinalis, propositio facta coram Papa contra Joannem de Montesono, ordinis Prædicatorum.

2.° Altera ejusdem propositio facta in consistorio contra eundem Magistrum Fratrem Joannem de Montesono.

3.° Ejusdem tractatus, ex parte Universitatis studii Parisiensis pro causa fidei, adversùs quemdam Fratrem ordinis Prædicatorum editus.

4.° Anonymi epistola ad Philippum de Maisieriis, adversùs novos Hebræos, sive eos qui S. Hieronymum erroris & inscitiæ in Scripturarum interpretatione insimulabant.

5.° Ejusdem quæstio, utrùm hæreticum sit dicere quòd liceat pro docendi licentia pecuniam dare vel recipere.

6.° Ejusdem propositio facta coram Papa adversùs Cancellarium Parisiensem.

7.° Ejusdem quæstio de reprehensione Petri à Paulo facta.

8.° Ejusdem quæstio in Sorbona proposita, utrùm esse tria supposita unius naturæ sit perfectio simplex, summa, & communicabilis creaturæ.

9.° Ejusdem quæstio ibidem proposita, utrùm creaturæ rationalis conscientia erronea aliquem ejus actum excusare possit à culpa.

10.° Ejusdem responsio in aula Episcopi, utrùm Christi dono gerens potestatem, solus in hominibus justè dominetur.

11.° Ejusdem quæstio, utrùm libertas creaturæ rationalis ante & post lapsum intrinsecè sit æqualis.

12.° Invectiva Ezechiëlis contra Pseudoprædicatores: eodem authore.

13.° Ejusdem sermones varii.

14.° Ejusdem expositio in libros Boëtii de consolatione philosophiæ.

15.° Ejusdem tractatus de falsis Prophetis.

16.° Ejusdem tractatus de eodem argumento.

17.° Ejusdem tractatus de oratione Dominica.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXXII. *A.*

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Propositio facta coram Papa per Magistrum *Petrum de Alliaco,* contra Magistrum Joannem de Montesono, ordinis Fratrum Prædicatorum.

2.° Propositio facta in consistorio per eundem, contra Magistrum Joannem de Montesono.

3.° Ejusdem tractatus, ex parte Universitatis studii Parisiensis in causa fidei, adversùs quemdam Fratrem ordinis Prædicatorum editus.

Is codex è vetusto manuscripto codice collegii Navarrici, Stephani Balusii manu anno 1690. descriptus est.

IIIM CXXIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Petri de Alliaco,* Cameracensis Episcopi, tractatus de legibus & sectis, contra superstitiosos Astronomos.

2.° Ejusdem exhortatio ad concilium Constantiense de correctione calendarii.

3.° Ejusdem tractatus de vero cyclo lunari.

4.° Ejusdem vigintiloquium de concordia theologiæ & astronomiæ.

5.° Ejusdem apologeticæ duæ defensiones astronomicæ veritatis: præfixa astronomiæ defensio generalis.

6.° *Joannis de Muris* sermo de regulis Computistarum.

7.° *Petri de Alliaco,* Episcopi Cameracensis, imago mundi, è pluribus authoribus collecta.

8.° Mappa mundi: eodem authore; sequitur anonymi in hunc tractatum expositio.

9.° Liber Nautarum, sive de marium terrarumque cognitione; authoris nomen non comparet.

10.° Compendium Claudii Ptolemæi Cosmographiæ: authore anonymo.

Is codex anno 1427. exaratus est.

IIIM CXXIV.

Codex chartaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° *Petri de Alliaco,* Cardinalis Cameracensis, tractatus de ecclesiastica potestate.

2.° Ejusdem tractatus, ubi de Concilio tempore schismatis celebrando, & de reformatione universalis Ecclesiæ.

3.° Ejusdem tractatus de reformatione Ecclesiæ.

4.° Ejusdem tractatus de correctione calendarii.

5.° *Gaufredi*, Abbatis sancti Honorati Lirinensis, opinio in materia præsidentiæ pro parte Summi Pontificis in Concilio generali.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXXV.

Codex chartaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° Magistri *Joannis Gersonii* tractatus de vita spirituali animæ, sive de sex lectionibus.

2.° Declaratio compendiosa veritatum quæ de necessitate salutis credendæ sunt, quæ de sola probabilitate tenendæ, quæ de pietate fidei reputandæ, & quæ sunt impertinentes judicandæ; sive tractatus de gradibus veritatum sacræ Scripturæ: authore *Joanne Gersonio.*

3.° Ejusdem propositiones denariæ contra laïcos, sub utraque specie, scilicet panis & vini, communicare volentes.

4.° Ejusdem collecta super incitatione cujuspiam ad dignè suscipiendum corpus Dominicum.

5.° Ejusdem tractatus de sollicitudine Ecclesiasticorum, ad Fratres Cœlestinos.

6.° Ejusdem tractatus de oratione & ejus valore.

7.° Ejusdem tractatus de simplificatione, stabilitione, seu modificatione cordis.

8.° Ejusdem tractatus de meditatione cordis.

9.° Ejusdem tractatus de directione, seu rectitudine cordis.

10.° Ejusdem tractatus de Indulgentiis & clavium potestate.

11.° Ejusdem tractatus de simonia.

12.° Ejusdem quæstio de detractione.

13.° Ejusdem sermo de Nativitate beatæ Mariæ Virginis, coram Patribus concilii Constantiensis habitus.

14.° Ejusdem responsa ad quæstiones quatuor circa pœnitentiam.

15.° Ejusdem regulæ, sive flores de rebus ad mores pertinentibus.

16.° Ejusdem epistola de perfectione & moderamine religionis, missa Guillelmo domus majoris Carthusiæ Monacho.

17.° Ejusdem epistola ad Monachum quemdam domus Carthusiæ majoris, responsiva ad hæc interrogata; utrùm scilicet licitum sit pro studio lectionis & spiritualis exercitii conventum dimittere, & prolixitatem officii divini declinare.

18.° Ejusdem veritates quædam de Verbo incarnato, ad quemdam Cœlestinum.

19.° Ejusdem opusculum de examinatione doctrinarum.

20.° Ejusdem admonitio brevis & necessaria, quòd cautè legendi sint quorumdam libri propter errores occultos.

21.° Ejusdem tractatus de non esu carnium, ad Carthusienses, editus contra illos qui eosdem ex hoc tanquam indiscretos judicant & inhumanos.

22.° Ejusdem liber contra quosdam Carthusiensium ordinem impugnantes ex eo quod per ipsos pauca aut nulla fiant miracula, quasi ideò viliores censendi sint.

23.° Ejusdem dialogus inter theologum & animam, de perfectione cordis.

24.° Ejusdem tractatus de mystica theologia.

25.° Ejusdem opusculum super Canticum canticorum.

26.° Ejusdem collectorium super *Magnificat.*

27.° Magistri *Nicolai de Wachenhem*, sacræ theologiæ Professoris in Academia Heydelbergensi, tractatus adversùs quorumdam juvenum masculorum errores, ad Montem sancti Michaëlis peregrinationes obeuntium: anno 1478. editus in alma Universitate Heydelbergensi.

28.° Propositiones aliquot de tricesimis celebrandis, & circa materiam anniversariorum.

29.° Fratris *Jacobi*, Carthusiensis, tractatus de cogitationibus.

30.° Fragmentum anonymi de meditatione.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus est.

IIIM CXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Gerson*, Cancellarii Parisiensis, Josephina; sive carmen in laudem sancti Josephi.

2.° Ejusdem sermo de laudibus beatæ Virginis Mariæ & Josephi.

3.° Ejusdem carmina varia de laudibus Virginis & Josephi.

4.° Ejusdem tractatus de gradibus veritatum sacræ Scripturæ.

5.° Idem ad Fratres Carthusienses de perfectione & moderatione religionis.

6.° Ejusdem sermo de virginali conjugio Josephi cum Maria: subjectum *Alamanni*, Apostolicæ sedis Legati, decretum de institutione ejusdem solemnitatis.

7.° Ejusdem officium sacrum in festo beati Josephi dicendum.

8.° Ejusdem sermo tripartitus, Constantiæ habitus, de potestate Concilii generalis, de causa congregandi ejusdem, & de modo procedendi in eodem.

9.° Ejusdem sermo notabilis, tripartitus, habitus Constantiæ pro legatione Regis Franciæ; in quo notabiliter tractatur de causa Concilii generalis & de unitate Ecclesiæ cum Christo.

10.° Idem de auferibilitate sponsi ab Ecclesia.

11.° Ejusdem propositio facta coram Anglicis ex parte Universitatis Parisiensis, instante concilio Pisano.

12.° Ejusdem sermo de modo orandi.

13.° Ejusdem sermo de Purificatione beatæ Mariæ Virginis.

14.° Quædam propositiones contra Episcopum Parisiensem.

15.° Ejusdem sermo in die Pentecostes.

16.° Ejusdem tractatulus de probatione spirituum.

17.° Ejusdem tractatus de potestate ecclesiastica, & de origine juris & legum.

18.° Ejusdem quædam propositiones de diversis statibus ecclesiasticis.

19.° *Joannis de Corrello*, ordinis Fratrum Minorum, propositiones contra Curatos & Plebanos, de quibus convictus fuit in collegio Navarræ, Parisiensi.

20.° *Joannis Gerson* duodecim considerationes super modum protestandi.

21.° Ejusdem duodecim considerationes quibus aliquis solet de pertinacia notari.

22.° Ejusdem tractatus de simplificatione cordis.

23.° Ejusdem sermo qui incipit: *Bonus pastor animam suam, &c.*

24.° Ejusdem formula visitandi.

25.° Ejusdem propositio facta Massiliæ, ex parte Universitatis Parisiensis.

26.° Ejusdem opusculum de unione Ecclesiæ.

27.° Ejusdem tractatulus de laude Scriptorum doctrinæ salubris, ad Cœlestinos & Carthusienses, immò ad totam Ecclesiam generaliter ordinatus.

28.° Ejusdem opusculum de examinatione doctrinarum.

29.° Ejusdem epistola laudans mellifluam & igneam domini Bonaventuræ doctrinam.

30.° Ejusdem copia scedulæ pro studio Religiosorum.

31.° Ejusdem tractatus de vita spirituali animæ, per modum lectionum.

32.° Ejusdem sermo de non esu carnium.

33.° Ejusdem sermo de Circumcisione.

34.° Ejusdem tractatus duo de mystica theologia.

35.° Ejusdem annotatio de Doctoribus qui de contemplatione locuti sunt.

36.° Ejusdem libri tres de Canticis.

37.° Exhortatio sui ipsius senis ad canticum & lamentum.

38.° Ejusdem centiloquium de conceptionibus.

39.° Ejusdem dialogus de perfectione cordis.

40.° Ejusdem opusculum de modo orandi.

41.° Ejusdem opusculum de oratione ejusque valore.

42.° Ejusdem tractatus de meditatione cordis.

43.° Ejusdem tractatulus de directione cordis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai de Clamengiis*, Cantoris Bajocensis, epistolæ numero 131. quas inter occurrunt carmina aliquot, scilicet, deploratio calamitatis ecclesiasticæ per schisma nefandissimum; fragmentum descriptionis vitæ tyrannicæ cum ejus detestatione; carmen de vitæ rusticæ felicitate; & laus urbis Genuæ.

2.° Descriptio rei cujusdam mirabilis, quæ in Gallia accidisse dicebatur: eodem authore.

3.° Epistola *Alani Aurigæ* ad ingratum amicum.

4.° Ejusdem epistola ad invidum & detractorem.

5.° Epistola pro exhorrendo schismate in Ecclesia Dei: authore anonymo.

6.° Reponsio facta per Prælatos Franciæ adversùs Petrum de Cugneriis.

7.° *Isidori*, Cardinalis Sabinensis, *Rutheni* vulgò dicti, epistola de Constantinopoli expugnata.

8.° Epistola *Zanoni*, Episcopi Bajocensis, ad Francorum Regem exhortatoria ad Christianitatem tutandam.

9.° *Friderici III.* Imperatoris, epistola ad Regem Francorum de eodem argumento.

10.° Cardinalis *Bessarionis* epistola ad Ducem Venetorum de auxilio Constantinopoli exhibendo.

11.° Anonymi sermo de *Nemo:* est autem ille sermo farrago ridicula quorumdam

textuum in quibus vox ista *Nemo* reperitur; quibus orator abutitur ut novum aliquod ens individuum, æternum, omnipotens, quod appellat *Nemo,* introducat & de eo mira prædicet.

12.° *Martini,* Dumiensis Episcopi, liber de formula honestæ vitæ.

13.° *Guarini,* Veronensis, instructio ad Hieronymum filium suum.

14.° *Marbodi,* Rhedonensis, epistola ad Raynaldum, Episcopum Andegavensem.

15.° *Eugenii IV.* epistola ad Carolum VII. Francorum Regem, pro ecclesia Andegavensi.

16.° Dialogus veritatis & Philalithis ad Thomam Francum, Regis Christianissimi Protomedicum.

17.° *Luciani* libellus de calumnia, à *Lapo Castelliunculo* Latinè conversus & Joanni Reatino nuncupatus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CXXVIII.

Codex chartaceus, olim Claudii Puteani. Ibi continentur *Nicolai de Clamengiis,* Cantoris Bajocensis, epistolæ, quas inter reperias ejusdem carmina superiùs laudata: ad calcem epistolarum subjicitur ejusdem tractatus de corrupto Ecclesiæ statu.

Is codex anno 1448. exaratus est.

IIIM CXXIX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus. Ibi continentur *Nicolai de Clamengiis,* Cantoris Bajocensis, epistolæ, quas inter varia ejusdem carmina: subjicitur index.

Is codex anno 1457. exaratus est.

IIIM CXXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Nicolai de Clamengiis,* Cantoris Bajocensis, epistolæ, quas inter varia ejusdem carmina: præfixus index.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXXXI.

Codex chartaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur *Nicolai de Clamengiis,* Cantoris Bajocensis, epistolæ & carmina nonnulla.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Nicolai de Clamengiis,* Cantoris Bajocensis, epistolæ & carmina: præfixus index.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXXXII. A.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Raymundi Formentin socii Sorbonici, nuper verò comparatus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai de Clamengiis* epistolæ novem sub nomine Universitatis Parisiensis circa materiam ecclesiasticæ unitatis.

2.° Ejusdem liber de filio prodigo.

3.° Ejusdem liber de fructu eremi.

4.° Ejusdem liber de prosperitate adversitatis.

5.° Ejusdem liber de novis festivitatibus.

6.° Ejusdem liber de studio theologico.

7.° Ejusdem tractatus brevis contra Prælatos simoniacos.

8.° Rei cujusdam mirabilis descriptio: eodem authore.

9.° Ejusdem sermo de sanctis Innocentibus.

10.° Ejusdem orationes sive preces.

11.° Ejusdem liber de lapsu & reparatione justitiæ, ad illustrem Principem Philippum, Ducem Burgundionum.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CXXXIII.

Codex membranaceus, quo continetur *Raymundi Sabieude,* vulgò *Sebonde,* in artibus & medicina Magistri, & in sacra pagina Professoris, theologia naturalis, sive liber creaturarum.

Is codex anno Christi 1434. inceptus, anno 1436. absolutus est.

IIIM CXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Raymundi Sabieude,* in artibus & medicina Magistri, & in sacra pagina Professoris, theologia naturalis.

Is codex anno 1455. exaratus est.

IIIM CXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Raymundi Sabiende,* vel *Sabieude,* in artibus & medicina Magistri, & in sacra pagina Professoris, theologia naturalis.

Is codex anno 1469. exaratus est.

IIIM CXXXVI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur

continentur *Joannis Maldonati*, ſocietatis Jeſu, annotationes in omnem theologiam.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

iiiM CXXXVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, ſocietatis Jeſu, commentarius in univerſam theologiam.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

iiiM CXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, ſocietatis Jeſu, commentarius in univerſam theologiam.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur

iiiM CXXXIX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Joannis Maldonati*, ſocietatis Jeſu, annotationes abſolutiſſimæ in univerſam theologiam.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

iiiM CXL.

Codex chartaceus, duobus voluminibus conſtans, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, ſocietatis Jeſu, theologia: præmittitur ejuſdem oratio habita cùm ſuam theologiam aggrederetur; ſingulis partibus ſuus index ſubjicitur.

Is codex decimo ſeptimo ſæculo exaratus videtur.

iiiM CXLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi ſumma quædam theologica, ſed in compendium redacta: finis deſideratur.

Is codex decimo tertio ſæculo videtur exaratus.

iiiM CXLII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur anonymi quæſtiones theologicæ in diſtinctiones quinquaginta tributæ, quarum deſiderantur viginti & una priores: ſubjectus capitum index.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

iiiM CXLIII.

Codex membranaceus, olim ſancti Martialis Lemovicenſis. Ibi continentur anonymi tractatus varii de rebus ad theologiam pertinentibus: initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM CXLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber florum: eſt autem ſumma quædam theologica in tredecim libros diviſa; finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM CXLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi de rebus theologicis libri duo.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM CXLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi diſputationes theologicæ.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM CXLVII.

Codex membranaceus, olim Cardinalis Borbonii. Ibi continentur anonymi quæſtiones theologicæ: præmittitur rerum hocce volumine comprehenſarum index locupletiſſimus.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

iiiM CXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus de rebus theologicis, ordine alphabetico diſpoſitus.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

iiiM CXLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi diſputationes theologicæ libris quinque comprehenſæ: deſideratur initium.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

iiiM CL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur compendium pauperis ad Bernardum, Narbonenſem Epiſcopum: authore *Joanne Rigaldo*, ordinis Fratrum Minorum.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CLI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° D. *Duval,* Doctoris Sorbonici, tractatus de Deo ejusque attributis, in viginti sex quæstiones, totidem sancti Thomæ summæ theologicæ primæ partis quæstionibus respondentes, divisus: præfixa præfatio.

2.° Ejusdem tractatus de tribus virtutibus theologicis.

3.° *Nicolai Isambert,* Doctoris Sorbonici, tractatus de vitiis & peccatis secundùm se.

4.° Ejusdem tractatus de exteriori principio humanarum actionum, scilicet de gratia Dei.

5.° D. *de Gamaches* tractatus de mysterio Incarnationis.

6.° D. *Daultrui* animadversiones in psalmum CXXXI.

Is codex annis 1616. & 1617. exaratus est.

IIIM CLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Thomæ Bradwardini* de causa Dei & virtute causarum libri tres contra Pelagium: primi libri initium desideratur.

Is codex anno 1344. exaratus videtur.

IIIM CLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Thomæ Bradwardini* summa de causa Dei & virtute causarum contra Pelagium: initium & finis desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLIV.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Tractatus de Trinitate: initium & nomen authoris desiderantur.

2.° Sermones quidam, vel potiùs sermonum fragmenta

3.° Sermones de Sanctis: major pars desideratur.

4.° Commentarius in Job: initium tantùm superest.

5.° Nonnulla de morum doctrina.

6.° Summa Magistri *Joannis Belleth* de ecclesiasticis officiis.

7.° Summa Magistri *Petri:* incipit, *In deserto manna colligentes.*

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CLV.

Codex chartaceus, quo continetur anonymi tractatus de Trinitate.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIIM CLVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Anonymi liber qui dicitur ternarius; ubi de significationibus & proprietatibus ternarii numeri, quatenùs ad Trinitatem pertinent.

2.° *Richardi à Sancto Victore* de Trinitate libri sex: ad calcem subjiciuntur versus rythmici de mysticis beatæ Mariæ Virginis nominibus.

Is codex, qui fuit quondam penès pauperes Magistros Sorbonæ, ex legato Petri de Lemovicis hujus domus socii, decimo tertio sæculo exaratus est.

IIIM CLVII.

Codex membranaceus, quo continentur anonymi tractatus duo, alter de Incarnatione, alter de intellectu & voluntate.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLVIII.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Fragmentum tractatûs de mysterio Incarnationis: authore anonymo.

2.° Anonymi sermo de Nativitate Christi.

3.° Anonymi miscellanea theologica, in quibus reperias 1.° epistolam *Pilati* ad Claudium, Imperatorem, de Morte & Resurrectione Christi: 2.° *Publii Lentuli* epistolam ad Senatum Populumque Romanum de Christo.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLIX.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Excerptum è Suida de sacerdotio Christi, à *Lauro Quirino,* Cretensi, Patricio Veneto, Latinè conversum.

2.° *Flavii Josephi* testimonium de Christo.

3.° *Pontii Pilati* epistolæ duæ de Jesu Christo; quarum altera ad Tiberium, altera ad Claudium, Imperatores.

4.° *Lentuli* ad Senatum Populumque Romanum epistola de Christo.

5.° *Abgari,* ad Christum epistola, cum *Christi* responso.

6.° Sanctæ *Mariæ Virginis* ad sanctum Ignatium epistola.

7.° Disputatio facta coram Anastasio, Papa, Judæum inter & Christianum.

8.° Concordantia Veteris & Novi Testamenti.

9.° De morte Judæ Scriptorum diversitas.

10.° Judæorum judicium sanguinarium contra Christum.

11.° Pontii Pilati injustissima sententia contra Jesum Nazarenum.

12.° *Francisci Saonensis,* tituli sancti Petri ad vincula Cardinalis, opusculum de potentia Dei.

13.° Speculum Sacerdotum, circa Baptismi, Eucharistiæ & Pœnitentiæ sacramenta.

14.° *Antonii de Butrio,* Bononiensis, opusculum de modo confitendi peccata: subjicitur confessio valdè utilis volentibus confiteri.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLIX. *A.*

Codex chartaceus, olim Rigaltianus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai Rigaltii* opusculum de pulchritudine corporis Domini nostri Jesu Christi.

2.° Idem de christiana Ecclesiæ libertate.

Is codex anno 1646. exaratus est.

IIIM CLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber inscriptus Hexameron, id est, de operibus sex dierum: authore Fratre *Ægidio de Roma,* Archiepiscopo Bituricensi.

2.° Ejusdem liber contra exemptiones; sive de potestate Papæ quoad exemptiones monachis & capitulis concessas.

3.° Ejusdem libri compendium, à quodam anonymo editum rogatu Archiepiscopi Narbonensis.

4.° Ejusdem *Ægidii* liber de renuntiatione Papæ; sive apologia Bonifacii VIII. adversùs obtrectatores.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CLXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati,* societatis Jesu, theologiæ secunda pars de rebus à Deo factis.

2.° Ejusdem annotationes in quartum librum Magistri Sententiarum; sive tractatus de Sacramentis.

Is codex anno 1571. exaratus est.

IIIM CLXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Hexameron; seu tractatus theologicus in duodecim partes divisus, in quibus de rebus à Deo factis & præsertim de homine disseritur: initium, finis & authoris nomen desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tractatus, in quo de primi hominis transgressione: initium & nomen authoris desiderantur; præmittuntur variæ benedictiones.

2.° Liber de sex verbis quæ Dominus in cruce locutus est.

3.° Anonymi sermo in laudem beatæ Mariæ Virginis.

4.° Anonymi versus de inventione sanctæ Crucis.

5.° Forma vivendi honestè, sobriè & castè: versibus ab anonymo scripta.

6.° Alii versiculi de superbiæ vulnere, & ejus medicamine.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CLXIV.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur disputatio de secundo hominis statu: authore *Joanne Maldonato,* societatis Jesu.

Is codex sub finem decimi sexti sæculi videtur exaratus.

IIIM CLXV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Petri à Soto* ad Decanum Lovaniensem epistola de negotio justificationis: sequitur Decani responsum.

2.° *Tiletani* ad eumdem Decanum epistola de eodem argumento: accedit Decani responsio.

3.° *Tiletani* responsio ad D. Decanum.

4.° *Petri à Soto* ad D. Japerum responsio.

De his omnibus sic habet anonymus initio hujusce codicis: *Cùm anno 1550. R. P. F. Petrus Sotus, Confessor claræ memoriæ Cæsaris Caroli V. Imperatoris, animadvertisset aliquot Theologos, ut dogmata Lutheri impugnarent, plusquàm catholica veritas pateretur, libero hominis arbitrio*

tribuere in negotio justificationis, Decanum Facultatis theologiæ Lovanii consulendum decrevit, seu potiùs admonendum, ut gravissimâ causâ maturè consideratâ sibi suam sententiam explicaret: unde hanc Mag. Petrus Sotus ad Decanum Lovaniensem scribit epistolam, & rursùs Decanus latè respondens Confessori suam sententiam explicat. Hujus præterea controversiæ certior factus Magister Tiletanus ad eumdem scripsit Decanum; & hinc sumptâ occasione latissimè Magistri isti discutiunt hanc materiam. Sed illud omninò advertendum, non esse oscitanter & negligenter hæc legenda, neque indistinctè accipiendum quidquid hîc asseritur, præsertim à Decano, in hac disceptatione non satis cum veritate consentiente.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus est.

IIIM CLXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° De prædestinatione Dei catholica rationalisque sententia, adversùs omnes Hæreticos & partium studiosos, ad Robertum Bellarminum, Politianum, societatis Jesu: per *Franciscum Puccium*, Florentinum, explicata spiritu discretionis; finis desideratur.

2.° *Annæ du Bois*, Abbatissæ primùm Teneramundanæ, deinde Insulensis, libri tres de reformatione Ecclesiæ & universali misericordia Dei, è Gallico sermone in Latinum conversi à *Petro Desfresnes*.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus est.

IIIM CLXVI. A.

Codex chartaceus, quo continentur acta omnia Congregationum ac disputationum quæ coram sanctissimis Clemente VIII. & Paulo V. Summis Pontificibus, celebratæ sunt in causa & controversia illa magna de auxiliis divinæ gratiæ: authore *Thoma de Lemos*, ordinis Fratrum Prædicatorum.

Porro is codex ipsius Thomæ de Lemos autographum est, ut constat instrumento notarii apostolici, initio voluminis apposito.

IIIM CLXVII.

Codex chartaceus, tribus voluminibus constans, olim Colbertinus. Ibi continetur compendium omnium Congregationum & disputationum quæ coram sanctissimis Clemente VIII. & Paulo V. Summis Pontificibus, celebratæ sunt in causa ac controversia illa magna de auxiliis divinæ gratiæ: authore Fratre *Thoma de Lemos*, ordinis Prædicatorum; ad calcem tertii voluminis subjicitur opusculum Gallicè scriptum, cujus is est titulus: Traitté de la religion catholique en France.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXVII. A.

Codex chartaceus, quo continentur acta Congregationum Romæ habitarum super materia de auxiliis divinæ gratiæ: authore *Francisco Peña*, Rotæ Romanæ Decano.

Porro is codex ex ipsius authoris autographo descriptus dicitur anno 1652. & cum eodem collatus.

IIIM CLXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur acta Congregationum Romæ habitarum super materia de auxiliis divinæ gratiæ, primò coram censoribus à sancta Sede apostolica deputatis, deinde coram felicis recordationis Clemente VIII. & Paulo V. Summis Pontificibus: authore *Francisco Peña*, ordinis Prædicatorum & Rotæ Decano.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Francisci*, Cardinalis sancti Petri ad vincula, posteà Sixti IV. Papæ, tractatus de futuris contingentibus.

2.° Anonymi tractatus de eodem argumento.

3.° Anonymi tractatus alius de eodem argumento, adversùs Petrum de Rivo, Doctorem Lovaniensem.

4.° Magistri *Fernandi de Corduba* tractatus de futuris contingentibus.

5.° Sententia Universitatis Lovaniensis adversùs Petrum de Rivo: inserti sunt articuli quos *Franciscus de Zoemeren* proposuit adversùs Petrum, cum responsionibus ejusdem *Petri*: accedunt ad marginem notæ.

6.° Tractatus *Petri de Rivo* responsalis ad opusculum quoddam Henrici de Zoemeren, sacræ theologiæ Professoris, de veritate propositionum fidei de futuro, ac divina præscientia & prævolitione futurorum contingentium.

7.° Opusculum anonymi de præscientia Dei respectu futurorum contingentium, secundùm sanctum Thomam Aquinatem.

8.° *Petri de Rivo* solutiones ad objecta de futuris contingentibus.

9.° Quæstio quodlibetica de futuris contingentibus, disputata anno 1465. Lovanii per *Petrum de Rivo.*

10.° Varia ejusdem *Petri de Rivo* ad illud argumentum spectantia.

11.° Anonymi tractatus adversùs sententiam Petri de Rivo, de futuris contingentibus.

12.° Propositiones collectæ per Magistrum *Henricum de Zoemeren* ex tractatibus Petri de Rivo & confessatis ab eodem; cum responsionibus ejusdem *Petri.*

13.° Determinationes Theologorum Catholicorum Universitatum Parisiensis, Coloniensis & Lovaniensis circa materiam propositionum de futuro contingenti.

14.° Brevis informatio pro defensione sententiæ privationis, per Universitatem studii Lovaniensis latæ contra Magistrum Henricum de Zoemeren.

15.° Epistola ejusdem Universitatis ad Sixtum IV. Papam scripta anno 1472. adversùs eumdem Henricum de Zoemeren.

16.° *Joannis de Turrecremata,* Episcopi Sabinensis, Cardinalis sancti Sixti, quæstiones de evangeliis dominicarum & festorum principalium totius anni: finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur tractatus de visione beatifica, Joannis XXII. temporibus scriptus: authore *Petro de Capys,* juris civilis apud Aureliam Professore, deinde Episcopo Suessoniensi; finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CLXX. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur *Joannis Suarez de Brito,* sacræ theologiæ Doctoris Lusitani, dissertatio apologetica de visione Dei per potentiam materialem: ad calcem accedunt approbationes quatuordecim Theologorum.

Is codex anno 1648. exaratus est.

IIIM CLXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai Eymerici,* ordinis Prædicatorum, tractatus contra calumniantes præeminentiam Christi & Virginis Matris ejus: initium desideratur.

2.° Ejusdem confessio fidei christianæ, ad Benedictum XIII.

3.° Ejusdem tractatus contra emissum in conclavi anno 1395. per Papam Benedictum & Cardinales promissorium juramentum, & contra epistolam Parisiensium Magistrorum.

4.° Ejusdem contra Universitatem Parisiensem, Dei Ecclesiam impugnantem, responsiones ad XXIX. quæstiones.

5.° Ejusdem tractatus contra Alchymistas ad Abbatem de Rosis, decretorum Doctorem.

6.° Ejusdem correctorium correptorii; sive censura libri de vilitate conditionis humanæ.

7.° Ejusdem tractatus contra præfigentes certum terminum fini mundi; ad Joannem, Comitem Empuriarum.

8.° Ejusdem tractatus contra Astrologos imperitos atque Necromanticos, de occultis perperam judicantes; ad Thomam Ulzinam, ordinis Minorum, Regis Aragoniæ Confessorem.

9.° Ejusdem elucidarius elucidarii.

10.° Ejusdem tractatus adversùs hæreticaliter asserentes beatum Joannem Evangelistam fuisse Virginis Mariæ filium naturalem, & quædam alia falsa.

11.° Ejusdem tractatus de admiranda sanctificatione Dei & Hominis genitricis, ad Martinum, Aragoniæ Regem.

12.° Ejusdem incantatio studii Ilerdensis super viginti articulis, per quemdam Antonium Riera, studentem, Valentinum, ut defertur, inibi seminatis.

13.° Ejusdem tractatus super declaratione viginti duorum articulorum Magistri Sententiarum, in quibus à Magistris omnibus non tenetur.

Is codex vergente sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CLXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alberti Magni* liber de laudibus beatæ Mariæ Virginis.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CLXXIII.

Codex membranaceus, quo continetur Mariale, sive de laudibus B. Mariæ Virginis libri duodecim: authore *Hugone,* Minorita.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CLXXIV.

Codex membranaceus, olim D.D. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Anonymi Mariale, sive liber de S. Mariæ Virginis laudibus.

2.° Anonymus de modo recuperandi terram sanctam.

3.° De modo convertendi Infideles.

4.° Tractatus de Angelis, ubi quidquid ad illorum naturam pertinet, fusè disputatur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CLXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Collectanea è variis authoribus de prærogativis & virtutibus B. Mariæ Virginis.

2.° Ejusdem miracula.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXVI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur anonymi tractatus de Conceptione B. Mariæ Virginis, editus tempore Joannis XXII. sequitur ejusdem anonymi psalterium, cujus finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur miracula beatæ Mariæ Virginis, è diversis authoribus petita, & in unum corpus redacta: præmittitur præfatio, cujus finis desideratur; initium primi miraculi & ultimi finis desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Joannis Parisiensis*, ordinis Prædicatorum, tractatus de Antichristo & ejus temporibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CLXXIX.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur *Andreæ de Cassia*, è provincia Vallis Spoleti, ordinis Eremitarum S. Augustini, ad Martinum V. liber contra imaginem nominis Tabellulæ, quæ est imago & signum Antichristi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Pauli Perusci*, Romani, Lateranensis ecclesiæ Decani & sacræ theologiæ Professoris, tractatus de Antichristo Mahumetano: præmittitur epistola nuncupatoria ad Catharinam, Reginam, Henrici III. Francorum Regis matrem.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

IIIM CLXXX. *A.*

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Petri du Mas* tractatus de Ecclesia, de Ecclesiæ notis & de Romani Pontificis primatu.

2.° Ejusdem opusculum de authoritate Conciliorum.

3.° Ejusdem tractatus de vero judice controversiarum.

4.° Ejusdem tractatus de Summi Pontificis primatu.

5.° Fragmenta theologica de Sacramentis.

6.° Excerpta ex libris sancti Augustini de civitate Dei.

Is codex anno 1580. exaratus est.

IIIM CLXXX. *B.*

Codex membranaceus, olim Rogerii de Gaignieres. Ibi continentur *B.* Episcopi Condomensis de unitate sanctæ matris Ecclesiæ tractatus, in partes novem divisus, & Carolo Francorum Regi nuncupatus.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CLXXXI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Galvani de Levanto*, Januensis, liber de fabrica corporis mystici & regiminis ejus, relati ad caput quod est Christus Dominus, à quo totum corpus mysticum, quod est Ecclesia, recipit motum & sensum.

2.° Ejusdem liber, Neophytus spiritualis dictus; sive de thesauro Indulgentiarum Benedicti VIII. Summi Pontificis.

3.° Ejusdem contemplatio de gratia Dei.

4.° Ejusdem liber de amore Dei.

5.° Ejusdem liber de doctrina Christi.

6.° Ejusdem ars navigativa spiritualis.

7.° Ejusdem theriaca mortis spiritualis.

8.° Ejusdem doctrina de Inferno, Purgatorio & Paradiso.

9.° Ejusdem tractatus alphabeti Christiferæ Mariæ.

10.° Ejusdem thesaurus religiosæ paupertatis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXXII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Fragmenta de omnibus Ecclesiæ gradibus, de Regibus, mundo & terra.

2.° Paphnutius de remissionibus peccatorum.

3.° Virtutes quas Dominus omni die fecit.

4.° Tractatus de disciplina ecclesiastica, è variis Conciliorum canonibus & diversis SS. Patrum sententiis collectus: præmittitur capitum index.

5.° Excerpta è libris Romanorum & Francorum.

6.° Canones Adomnani.

7.° Judicia *Theodori*, Græci, Saxonum Episcopi.

8.° Canones Ancyrani concilii.

9.° Institutio ecclesiasticæ authoritatis, quam hi, qui provehendi sunt ad sacerdotium, profiteri debent se observaturos; & si ab ea posteà deviaverint, canonica authoritate plectentur.

10.° Expositio S. *Augustini* de secreto gloriosæ Incarnationis.

11.° Canones Apostolorum quinquaginta.

12.° Canones concilii Nicæni primi.

13.° Canones concilii Ancyrani.

14.° Canones concilii Neocæsariensis.

15.° Canones concilii Gangrensis.

16.° Canones concilii Antiocheni.

17.° Canones concilii Laodiceni.

18.° Canones concilii Constantinopolitani.

19.° Canones concilii Chalcedonensis.

20.° Canones concilii Sardicensis.

21.° Canones concilii Carthaginensis.

22.° Canones numero centum & quinque diversorum Ecclesiæ Africanæ Conciliorum.

23.° Decreta Summorum Pontificum *Syricii, Innocentii, Zozimi, Bonifacii, Celestini, Leonis, Hilarii, Simplicii, Gelasii, Anastasii & Hormisdæ.*

24.° Sancti *Gregorii*, Papæ, expositio diversarum rerum, quam transmisit in Saxoniam ad Augustinum, Episcopum, quem ipse illuc ad prædicandum misit.

25.° Ejusdem epistola ad Etherium, Lugdunensem Episcopum.

26. Canones pœnitentiales è variis authoribus excerpti; editi sunt à *Sirmondo* in Conciliis Ecclesiæ Gallicanæ.

27.° Lex Salica.

28.° *Felicis*, Siciliæ Episcopi, epistola ad sanctum Gregorium, Papam, cum hujus rescripto.

29. *Theodulphi*, Aurelianensis Episcopi, admonitio ad confratres & conpresbyteros.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

IIIM CLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Willelmi de Sancto Amore* collectiones catholicæ & canonicæ ad Clementem IV. delatæ, ad defensionem ecclesiasticæ hierarchiæ, & ad instructionem & præparationem simplicium fidelium contra pericula imminentia Ecclesiæ generali per hypocritas, pseudoprædicatores, penetrantes domos, & otiosos, & curiosos & gyrovagos.

2.° Anonymi tractatus adversùs detrectatores vitæ religiosæ.

3.° Tractatus de approbatione ordinis Fratrum Prædicatorum.

4.° Sancti *Bonaventuræ* quæstio de labore manuum.

5.° Ejusdem quæstio de paupertate Christi.

6.° *Guillelmi Excestrensis* determinatio de paupertate Christi & Apostolorum.

7.° *Uthredi*, Monachi Dunelmensis, quæstio contra mendicitatem Religiosorum.

8.° *Thomæ Docking* quæstiones super Lucam.

9.° *Gualteri Burley* quæstio, utrùm lex naturalis sine fide sufficiat ad justificationem.

10.° *Joannis Pecham* quæstio, utrùm theologia sit præ cæteris scientiis necessaria Prælatis Ecclesiæ.

11.° Magistri *Dokking* quæstio, utrùm Job in prosperis fuerit altior coram Deo, quàm in adversis.

12.° Quæstio *Joannis Pecham*, utrùm theologia ex duobus componi debuerit Testamentis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXXIII. A.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Guillelmi de Sancto Amore* collectiones catholicæ & canonicæ, ad Clementem IV. delatæ, ad defensionem ecclesiasticæ hierarchiæ, & ad instructionem & præparationem simplicium fidelium, contra pericula imminentia Ecclesiæ generali per hypocritas, seu pseudoprædicatores,

penetrantes domos, & otiosos, & curiosos & gyrovagos: finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber dialogorum hierarchiæ subcœlestis: authore quodam Episcopo, ordinis Carmelitarum.

2.° Magistri *Joannis Wiclefi* conclusiones.

3.° Ejusdem responsio ad argumenta Magistrorum Oncredi de Omesuna, Monachi, & Willermi Vyngam, Monachi de Sancto Albano.

4.° Ejusdem protestatio missa ad curiam.

5.° Glossa in decretalem Bonifacii VIII. quæ incipit: *Unam sanctam.*

6.° Glossa in constitutionem Urbani V. editam contra facientes societates seu compaignias.

7.° Quæstio, utrùm Papa sit dominus omnium temporalium.

8.° Quæstio, an Imperium præscribatur, disputata per *Baldum de Perusia,* anno 1380.

9.° Responsiones Prælatorum Ecclesiæ Gallicanæ adversùs Petrum de Cugneriis.

10.° Prophetiæ sancti *Cyrilli,* Presbyteri in monte Carmelo.

11.° Liber Fratris *Theophori de Cusantia,* Presbyteri & Eremitæ, de cognitione præsentis schismatis, ad Antonium, Ducem Januensem, anno 1396. editus.

12.° Liber de cursu sæculi.

13.° Anonymi carmen cui titulus: Pavo figuralis, id est Papa: est autem illud carmen satyra adversùs concilium Lugduni habitum anno 1245. in quo Fredericus II. Imperator ab Innocentio IV. excommunicatus fuit & depositus: porrò in toto illo carmine sub nominibus diversarum avium Summus Pontifex, Cardinales, alii Clerici, Reges & varii Europæ populi designantur. Ad hanc fictionem, ut obiter moneam, videtur Rabelæsius in insula sua sonante alludere.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CLXXXV.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus, quo continetur anonymi opus inscriptum, liber dialogorum hierarchiæ subcœlestis: authore quodam Episcopo, ordinis Carmelitarum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus, quo continetur anonymi tractatus de materia tabernaculi.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Diversorum Patrum sententiæ de primatu Romanæ Ecclesiæ.

2.° Excerpta è quibusdam Conciliis de simoniacis & aliis criminibus.

3.° Sancti *Augustini* fragmentum contra Donatistas.

4.° Episcoporum Senonensis provinciæ ad Joannem, Episcopum Lugdunensem, epistola, cum ad concilium apud Ansam celebrandum ab ipso fuissent vocati.

5.° Quomodò & à quibus personis facienda sit electio Summi Pontificis.

6.° Epistola de Martiali & Basilide, Episcopis.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur, si tamen quædam folia excipias, quæ ad duodecimum sunt referenda.

IIIM CLXXXVII. A.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Dialogus de Summo Pontifice, in quatuor libros distributus: authore anonymo; primus liber desideratur.

2.° *Laurentii Vallæ* opusculum de falsò credita & ementita donatione Constantini.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continetur *Francisci Ximenez,* ordinis Fratrum Minorum, liber qui dicitur pastoralis: ibi quidquid ad Clericorum, Presbyterorum, Episcoporum statum & conditionem pertinet, prolixè disputatur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guidonis de Monte Rocherii* tractatus, tribus partibus constans, cujus titulus est: Manipulus Curatorum, sive Neophitorum ecclesiarum Rectorum brevis instructio.

Is codex

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXC.

Codex membranaceus, primùm Memmianus, posteà Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Guidonis de Monte Rocherii* manipulus Curatorum, tribus partibus conſtans.

2.° Sancti *Gregorii Magni* liber de cura paſtorali.

3.° Statuta ſynodalia eccleſiæ Rothomagenſis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXCI.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur *Guidonis de Monte Rocherii* manipulus Curatorum, tribus partibus conſtans: finis deſideratur.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CXCII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur *Guidonis de Monte Rocherii* manipulus Curatorum, tribus partibus conſtans.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CXCIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Guidonis de Monte Rocherii* manipulus Curatorum, tribus partibus conſtans: initium & finis deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus de vita Clericorum ex Hieronymi, Auguſtini, Proſperi, Gregorii Papæ & Iſidori ſcriptis concinnatus.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CXCV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Petri Amphuſi* clericalis diſciplina.

2.° *Odorici de Foro Julio* liber de ritibus & conditionibus hujus mundi; in eo autem libro author peregrinationes ſuas per remotiſſimas Aſiæ regiones deſcribit.

3.° *Marci Pauli*, Veneti, deſcriptio Orientalium regionum.

4.° *Bernardi* cujuſdam ad Raymundum Caſtri Ambroſii epiſtola de modo rei familiaris utiliùs gubernandæ.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CXCVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur anonymi de tuendo cœlibatu Sacerdotum axioma catholicum, quatuor partibus conſtans: prima eſt de ſacrorum ordinum cœlibatûs inſtitutione: ſecunda, de Therapeutices initio & progreſſu: tertia, de adverſariorum technis: quarta, de non admittenda à voto ſolemni relaxatione.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CXCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alvari Pelagii*, ordinis Fratrum Minorum, ſumma de ſtatu & planctu Eccleſiæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CXCVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is eſt titulus: Planctus Eccleſiæ in Germania: authore *Conrado de Megenberg*, qui Paryſyus dicitur de Monte puellarum.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus videtur.

IIIM CXCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis de Lignano* tractatus de pace Eccleſiæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CC.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur anonymi tractatus cujus is eſt titulus: De bonis temporalibus Eccleſiæ nequaquàm tradendis ad mandatum Principis, nec militibus erogandis ut pugnent, maximè adversùm Chriſtianos; & quòd nec Princeps poſſit imperare aut decernere ut ſuæ ditioni tradantur, nec etiam Prælati ſubſidia & tallias ſuis poſſint imponere ad ejuſmodi fines, vel perſuaſi à Principe; quo id fiat oſtendi multipliciter poteſt tam ratione quàm lege naturali, divina & humana, tam exemplis Sanctorum, quàm multis experientiis.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CCI.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus theologicus de Indulgentiis.

2.° Anonymi physica & metaphysica in collegio Lexovæo anno 1624. recitata.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus est.

IIIM CCII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Baptistæ Mantuani,* Carmelitæ Theologi, liber de sacris diebus: accedunt ad marginem notæ.

2.° Quæstiones miscellaneæ, maximam partem theologicæ, per Fratres *Christophorum Mensinger* & *Nicolaum Ellenbog,* alternatim conscriptæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CCIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur Magistri *Symonis de Tornaco* summa de Sacramentis.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi de Monte Lauduno,* decretorum Doctoris, sacramentale ad amicum suum Poncium de Villamuro.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi de Monte Lauduno,* decretorum Doctoris, liber de Sacramentis.

2.° *Petri Bertrandi,* Episcopi Eduensis & Cardinalis, liber de jurisdictione Ecclesiæ tam pœnitentiali quàm temporali, & de earum subordinatione ad invicem.

Is codex anno 1417. exaratus est.

IIIM CCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur domini *Guillermi de Monte Lauduno,* decretorum Doctoris in studio Tolosano, sacramentale.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi de Monte Lauduno,* decretorum Doctoris, sacramentale.

2.° Colloquium B. Ambrosii ad Jesum.

3.° *Francisci Petrarchæ* libri duo de vita solitaria.

4.° Anonymi tractatus adversùs immaculatam Conceptionem.

5.° Sancti *Basilii Magni* liber de vita solitaria.

6.° Anonymi, Eremitæ Augustiniani, sermones duo coram Papa & Cardinalibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Guillelmi* dicti *Baufreti,* Episcopi Parisiensis, dialogus de septem Ecclesiæ Sacramentis: præfixus index capitum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi* dicti *Baufreti,* Episcopi Parisiensis, dialogus de septem Ecclesiæ Sacramentis: præmittitur index capitum.

2.° Liber *Aristotelis* ad Alexandrum Magnum, ex Arabico sermone in Latinum à *Joanne,* Clerico Tripolitano, conversus, & Guidoni de Valentia, Episcopo Tripolitano, nuncupatus.

3.° *Hugonis de Sancto Victore* speculum Ecclesiæ de significatione missæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi* dicti *Baufreti,* Episcopi Parisiensis, dialogus de septem Ecclesiæ Sacramentis.

2.° *Thomæ Hibertini* opusculum de peccatis: partim Latinè, partim Gallicè.

3.° Commentarius in summam Raymundi, ordinis Prædicatorum: authore anonymo.

4.° Anonymi sermo de sacramento Altaris.

5.° Nonnulla de peccatis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXI.

Codex chartaceus, quo continetur *Joannis Maldonati,* societatis Jesu, tractatus de Sacramentis.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus est.

IIIM CCXII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, tractatus de Sacramentis: initium desideratur.

2.° D. *Muldrachi*, Doctoris Theologi, expositio in orationem Dominicam.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CCXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Septem Sacramentorum summa abbreviata: authore anonymo.

2.° Anonymi tractatus de fide.

3.° Definitiones virtutum: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Vincentii* liber de Pœnitentia.

2.° *Hugonis de Sancto Victore* liber de institutione Novitiorum.

3.° Ejusdem libri quatuor de arca Noë.

4.° Ejusdem soliloquium de arrha animæ.

5.° *Origenis* homilia in illud: *Maria stabat ad monumentum.*

6.° Evangelium *Nicodemi;* sive narratio de Passione Christi.

7.° Sancti *Gregorii*, Papæ, liber pastoralis curæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, tractatus de Pœnitentiæ sacramento.

2.° Ejusdem tractatus de Extrema-unctione.

3.° Ejusdem tractatus de Ordine.

4.° Ejusdem tractatus de Matrimonio.

5.° Ejusdem tractatus de fine mundi.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

IIIM CCXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, tractatus de Pœnitentiæ sacramento.

2.° Ejusdem tractatus de sacramento Extremæ-unctionis.

3.° Ejusdem tractatus de sacramento Ordinis.

4.° Ejusdem tractatus de Matrimonio.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CCXVII.

Codex chartaceus, olim Melchisedeci Thevenotii. Ibi continentur:

1.° *Ambrosii de Vignate*, juris utriusque Doctoris, tractatus super capitulo de pœnitentia & remissione utriusque sexus.

2.° Ejusdem tractatus de usuris.

3.° Ejusdem tractatus de hæreticis: finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXVIII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Magistri *Thomæ Salisberiensis* summa de canonibus pœnitentialibus: præfixus capitum index.

2.° Anonymi conclusiones de Sacramentis, è S. Thoma aliisque Doctoribus concinnatæ: præfixus capitulorum index.

3.° Correctorium Bibliorum: authore anonymo.

4.° Liber conscientiæ: authore Magistro *Roberto de Sorbona.*

5.° Fragmentum de Matrimonio.

6.° Brevis expositio in orationem Dominicam.

7.° Nonnulla de Pœnitentia.

8.° S. *Bernardus* de Monachis claustralibus & obedientialibus.

9.° Liber de medicina animæ.

10.° Speculum Monachorum: authoris nomen non comparet.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXIX.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur *Claudii Salmasii* de pœnitentia & exomologesi veterum adversaria, authoris manu adeoque decimo septimo sæculo exarata.

IIIM CCXX.

Codex chartaceus, quo continetur historia confessionis auricularis, ex antiquis Scripturæ, Patrum, Pontificum, & Conciliorum monumentis cum cura & fide expressa: authore *Jacobo Boileau*, Doctore Sorbonico. Exemplar procul dubio autographum; non uno enim in loco lineas cancellatas reperias, ad quarum marginem legitur censoris judicio fuisse reprobatas.

Is codex anno 1682. exaratus est.

IIIM CCXXI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Richardi,* Archiepiscopi Armachani, tractatus de audientia confessionum.

2.° Anonymi liber, quo plures articuli erronei & hæretici à Richardo, Armachano, propugnati confutantur.

3.° *Rogeri Conewey,* Magistri in theologia, ordinis Fratrum Minorum, tractatus adversùs Richardum, Armachanum.

4.° Anonymi scriptum pro Fratribus Mendicantibus, concilio Constantiensi oblatum.

5.° Determinatio Fratris & Magistri *Hugonis Davidis,* ordinis Fratrum Minorum, in Universitate Oxoniensi Regentis, utrùm pœnitens peccata sua confessus Fratri Licentiato, teneatur eadem rursus confiteri proprio Sacerdoti.

6.° *Alexandri IV.* & *Clementis IV.* Summorum Pontificum, bullæ in gratiam Fratrum Minorum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCXXII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Richardi,* Armachani Archiepiscopi, liber de mendicitate Fratrum, eorumque privilegiis: subjicitur bulla *Innocentii IV.* in favorem Parochorum adversùs Religiosos.

2.° Ejusdem tractatus de audientia confessionum: præmittitur bulla *Joannis XXII.*

3.° Bulla *Clementis IV.* in favorem Fratrum Prædicatorum.

4.° Bulla *Martini IV.* in favorem Fratrum Minorum.

5.° Juvenis cujusdam scriptum contra Fratres Mendicantes.

6.° *Richardi,* Armachani, allegationes contra eosdem.

7.° *Rogeri Conewey,* Magistri in theologia, ordinis Minorum, informatio contra intentionem Richardi, Armachani, super Decretali: *Vas electionis.*

8.° *Richardi,* Armachani, replicationes contra supradictum opusculum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus de Eucharistia.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur opus cujus is est titulus: De sacro Jesu Christi triumpho habito Lauduni adversùs Dæmonem, mulierculæ corpus agitantem, compendiosa historia, ecclesiastici collegii nomine, & pii omnium conventûs efflagitatione conscripta: præfixa est tabula, triumphi hujusce pompam oculis graphicè subjiciens & elegantissimè delineata; porrò exemplar istud authenticum est & editis multò accuratius. Illius autem historiæ compendiosæ author est *Joannes Boulæse,* Presbyter, sacrarum & Hebraïcarum Litterarum Professor, habituatus & civis Laudunensis, & pauper collegii Montis-Acuti: initio codicis hæc leguntur ipsius authoris manu scripta: *Ego Joannes Boulæse qui contemptis omnibus laboribus, impensis & vitæ periculis, à Gallia expeditis equis Romam veni, ut Ecclesia Dei Optimi, Maximi, intelligeret sibi hoc miraculo Deum providere, & esse auxilio, obtuli & submisi hoc quinque librorum volumen, corporis Domini victoriam continens, sanctissimo Patri nostro, sub Patre æterno, Domino Pio V. Pontifici Maximo, anno 1571.*

IIIM CCXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tractatûs de matrimonio pars postrema: authore *Joanne Maldonato,* societatis Jesu.

2.° Ejusdem disputatio de fine mundi.

3.° Ejusdem disputatio de ceremoniis.

4.° *Jacobi Tyrii,* Scoti, societatis Jesu, commentarius in compendium artis disserendi, à Jacobo Carpentario publicatum.

Hujusce codicis initio hæc leguntur: sequentes dissertationes scriptæ sunt manu illustrissimi viri Merici de Vic, anno 1569. & 1570.

IIIM CCXXVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Anonymi libri tres de debito conjugali: præmittuntur præfatio & capitum index.

2.° Beati *Prosperi* ad Rufinum, Presbyterum, epistola de libero arbitrio.

3.° Ejusdem responsiones ad capitula Gallorum.

4.° Ejusdem responsio ad objectiones Vincentianas.

5.° Ejusdem responsiones ad objecta è libro sancti Augustini de prædestinatione Sanctorum petita.

6.° Anonymi sermones tres ad Monachos.

7.° *Vitalis,* Scholastici, ad Pacificum, Archidiaconum, epistola contra eos qui asserebant Adamum esse damnatum.

8.° Ejusdem monitum ad Ildemarum Dignumque, cum iis suprà dictam suam epistolam mitteret Vitalis: sequitur illorum responsio.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

MORALES.

IIIM CCXXVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° *Petri* Londinensis Archidiaconi, remediarium conversorum; sive summa theologiæ moralis, in duas partes tributa.

2.° *Stephani,* Cantuariensis Archiepiscopi, sermo in Assumptionem beatæ Mariæ Virginis.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXVIII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continetur *Guidonis,* Elnensis Episcopi, ordinis Carmelitarum, ethica.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXIX.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continetur anonymi tractatus moralis in octo libros tributus: suus singulis index præmittitur.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Magistri *Odonis,* Suessionensis, quæstiones theologicæ & morales.

2.° *Senecæ* libri novem de causis.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur anonymi ad Bernardum de Rosergio, Tholosanum Archiepiscopum, semita recta ad montem salutis; sive dialogi morales Gregorianis non absimiles.

Is codex anno 1460. exaratus est.

IIIM CCXXXIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Radulphi de Praellis* musa, Carolo V. Francorum Regi nuncupata: est autem tractatus allegoricus, quo secretiora religionis moralisque christianæ arcana referantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Magistri *Petri de la Sepieyra,* diœcesis Lemovicensis, liber cujus titulus est: De oculo morali.

2.° Commentarius in disticha Catonis: accedit textus.

3.° Moralisatio super ludum scacchorum: authore *Jacobo de Sessolis,* ordinis Fratrum Prædicatorum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CCXXXV.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Rogerii de Gaignieres. Ibi continentur:

1.° *Jacobi Magni,* Gallicè *le Grand,* ordinis sancti Augustini, tractatus cujus titulus est: Sophilogium sapientiæ.

2.° *Ciceronis* paradoxa.

3.° Ejusdem liber de senectute.

4.° *Albertani,* Causidici Brixiensis, liber de doctrina dicendi & tacendi.

5.° Ejusdem liber consolationis & consilii.

6.° Ejusdem liber de dilectione Dei & proximi & aliarum rerum, & de forma honestæ vitæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCXXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Jacobi Magni,* ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, sophilogium ad Michaëlem, Episcopum Autissiodorensem, & illustrissimi Principis, Francorum Regis, Confessorem.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCXXXVI. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur

expositiones allegoricæ & morales in varias Veteris & Novi Testamenti historias : authore anonymo.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXVI. *B.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Expositiones allegoricæ & morales in varias Veteris & Novi Testamenti historias : authore anonymo.

2.° Expositio brevis in orationem Dominicam.

3.° *Lanfranci*, Archiepiscopi Cantuariensis, epistola ad quemdam qui de monasterio recedere volebat, in quo stabilitatem voverat.

4.° Index alphabeticus quæstionum theologicarum.

5.° Summa de virtutibus & vitiis, ac variis vitæ conditionibus & officiis.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCXXXVII.

Codex membranaceus, olim S. Martialis Lemovicensis. Ibi continentur :

1.° Anonymi tractatus de præceptis divinis : initium & nomen authoris desiderantur.

2.° Anonymi liber quo varia Scripturæ loca explicantur.

3.° Anonymi tractatus de rebus ad logicam pertinentibus.

4.° Anonymi tractatus de rebus theologicis.

5.° Anonymus de Deo, quatenùs est causa rerum primaria.

6.° Quæstiones variæ partim ad philosophiam, partim ad theologiam spectantes.

7.° Excerpta è Ciceronis libris de officiis.

8.° Quæstiones variæ partim ad theologiam, partim ad philosophiam, partim ad jus civile pertinentes.

9.° Nomina illorum qui in monasterio sancti Martialis anno 1218. aliquam dignitatem obtinebant : & alia nonnulla ad hocce monasterium pertinentia.

10.° Chronicon uno folio recto comprehensum, & à Carolo Martello initium ducens : ibi reperias nomina Regum aliquot & Abbatum.

11.° *Alani*, Magistri, hymni in laudem sanctæ Magdalenæ.

12.° Nomina quorumdam virorum illustrium, qui anno 1218. supremum diem obiere.

13.° Vita sancti Joannis Baptistæ, ex Evangelio & ex Eusebio excerpta.

14.° Anonymi glossæ in Porphyrii isagogen.

Hujus codicis pars decimo tertio, pars decimo quarto sæculo videtur exarata.

IIIM CCXXXVII. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur summa de virtutibus & vitiis : authore Fratre quodam ordinis Prædicatorum ; est autem ille Frater *Guillelmus de Brucia*, qui posteà fuit Archiepiscopus Senonensis.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus, quatuor voluminibus constans. Ibi continetur *Guillelmi de Brucia*, Archiepiscopi Senonensis, summa de virtutibus & vitiis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXVIII. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi de Brucia*, Archiepiscopi Senonensis, summa de virtutibus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXVIII. *B.*

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur *Guillelmi de Brucia*, Archiepiscopi Senonensis, summa de virtutibus : pars ultima desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CCXXXVIII. *C.*

Codex membranaceus, quo continetur *Guillelmi de Brucia*, Archiepiscopi Senonensis, summa de vitiis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXVIII. *D.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi de Brucia*, Archiepiscopi Senonensis, summa de vitiis : ad calcem subjicitur *Juliani* epistola ad Demetriadem.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXVIII. *E.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus.

Ibi continetur *Guillelmi de Brucia*, Archiepiscopi Senonensis, summa de vitiis abbreviata.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXXXVIII. *F.*

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi de Brucia* summa vitiorum abbreviata: ad primam hujus tractatus paginam infimam subjiciuntur epochæ rerum quarumdam insigniorum quæ sæculo duodecimo & decimo tertio contigerunt.

2.° Magistri *Alani* tractatus de virtutibus & vitiis.

3.° Anonymi tractatus de pœnitentia & confessione.

4.° Magistri *Hugonis de Sancto Victore* tractatus de oratione.

5.° Anonymi tractatus de Antichristo.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCXXXIX.

Codex membranaceus, olim S. Martialis Lemovicensis. Ibi continetur anonymi tractatus de virtutibus & vitiis: plurima sub finem desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM CCXXXIX. *A.*

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de virtutibus & vitiis.

2.° Summa pœnitentiæ: authore *Thoma*, Decano Sarisberiensi.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCXL.

3.° Ejuſdem de amore & dilectione Dei & proximi aliarumque rerum, & de forma vitæ libri quatuor, anno 1238. editi menſe Auguſto, in die ſancti Alexandri, quo obſidebatur civitas Brixiæ per Fredericum Imperatorem.

4.° Ejuſdem *Albertani* ſermo ad Cauſidicos Brixienſes ſuper conformatione vitæ illorum, habitus anno 1243.

5.° Ejuſdem ſermo ad Cauſidicos Brixienſes, pro more ſolito congregatos.

6.° Ejuſdem ſermo de iis quæ ſunt neceſſaria in convivio, & quomodò debeamus intelligere ſuper egenos & pauperes.

7.° Ejuſdem ſermo ad Cauſidicos Brixienſes ſuper doctrina timoris Domini, habitus circa annum 1250.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CCCXLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Albertani*, Cauſidici Brixienſis, tractatus de modo loquendi & tacendi, editus anno Chriſti 1245.

2.° Ejuſdem liber conſolationis & conſilii, editus anno 1246.

3.° Ejuſdem de amore Dei & dilectione proximi & aliarum rerum, & de forma vitæ, libri quatuor.

4.° *Petri Damiani* rythmus de omnibus ordinibus.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCXLVIII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Tractatus de vita monaſtica: initium & authoris nomen deſiderantur.

2.° *Yvonis*, Carnotenſis Epiſcopi, Panormia.

3.° Summa *Joannis Beleth* de divinis officiis.

4.° Sermones nonnulli in varios Novi Teſtamenti textus.

5.° Regum Francorum brevis genealogia, à Childerico, Clodovæi patre, ad finem ſtirpis Carolinæ.

6.° Anonymi paraphraſis in nonnulla ſacræ Scripturæ loca.

7.° *Claudiani* poëma de virtute.

Is codex partim decimo tertio, partim decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CCCXLIX.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur.

1.° Breviloquium de horis canonicis.

2.° Sancti *Auguſtini* epiſtola, quæ dicitur ſpeculum peccatorum.

3.° Sancti *Bonaventuræ* tractatus de corpore & ſanguine Chriſti.

4.° Anonymi ſermo de dignitate Sacerdotum.

5.° Anonymus de decem Decalogi præceptis.

6.° Omnium ſacræ Scripturæ librorum tituli.

7.° Sancti *Auguſtini* epiſtola de laudibus Pſalmorum.

8.° Sancti *Thomæ de Aquino* epiſtola de ratione in ſcientiis proficiendi.

9.° *Innocentii III.* Summi Pontificis, ſuper expoſitione myſterii Altaris & Sacramentorum eccleſiaſticorum libri ſex.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CCCL.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentum ſuper hymnum: *Ave præclara Maris ſtella.*

2.° *Caſſiodori* tractatus de vera amicitia.

3.° Vita & miracula ſancti Guillelmi, Aquitaniæ Ducis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber ſoliloquiorum animæ pœnitentis ad Deum, pro impetranda de peccatis venia, & gratia lacrymarum: ſubjectus capitum index; authoris nomen non comparet.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Meditationes mortis: authoris nomen non comparet.

2.° Sancti *Anselmi* meditationes.

3.° Sancti *Bernardi* opusculum de lamentationibus beatæ Mariæ in Passione Christi.

4.° Capitula de laudibus beatæ Mariæ Virginis, è sermonibus venerabilis Patris T. A. excerpta.

5.° Anonymus de duodecim fructibus provenientibus è perceptione sanctæ Eucharistiæ.

6.° Anonymi exhortatio de contemptu terrenorum & amore cœlestium.

7.° Sancti *Bernardi* tractatus de pusillanimitate & scrupulositate.

8.° Anonymi de amoris in Christum stimulo libri tres.

9.° Fragmentum de vita beati Anselmi, Lucensis Episcopi.

10.° Meditationes sancti *Bernardi.*

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLII. *A.*

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur analectica numerorum & rerum in theographiam; sive tractatus mysteria numerorum, qui vel in Veteri vel in Novo Testamento sensum aliquem habent reconditum, explicans: authore anonymo; ad calcem subjicitur ejusdem sermo in hæc verba: *Ductus est Jesus in desertum.*

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Suberti,* Episcopi Sancti Papuli, liber de visitatione.

2.° Liber contra Judæos, nomine Thalamoth, compilatus à Fratre *Petro de Paternis,* ordinis Prædicatorum.

3.° Quæstiones capellæ Tolosanæ.

4.° Beneficium epistolæ D. Adriani.

5.° Tractatus de bello compilatus per *Joannem de Lignano,* anno 1360.

6.° Anonymi tractatus de Appellationibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCLIV.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continetur *Petri Suberti,* Sancti-Papuli Episcopi, tractatus de cultu vineæ, sive de fructu ex Episcoporum visitationibus percipiendo: præmittuntur præfatio & capitum index.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Episcopi cujusdam Condomensis ad D. de Lautrico, Aquitaniæ Gubernatorem, opusculum de officio Regis Francisci I.

2.° Ejusdem oratio de bello contra Turcas suscipiendo.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus est.

POLEMICI.

IIIM CCCLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur pugio fidei ad impiorum perfidiam jugulandam & maximè Judæorum: authore *Raymundo Martini,* ordinis Prædicatorum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur pugio fidei ad impiorum perfidiam jugulandam & maximè Judæorum: authore *Raymundo Martini,* Catalano, ordinis Prædicatorum; finis desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLVIII.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Nigri,* ordinis Prædicatorum, tractatus adversùs perfidos Judæos de conditionibus veri Messiæ.

2.° Anonymi sermo de cultu qui debetur beatæ Mariæ Virgini.

3.° Exemplar libertatis concessæ ab Adventio, Episcopo Metensi.

4.° Exemplar formatæ Adventii, Episcopi Metensis.

5.° Guillelmi de Legnicort donatio facta ecclesiæ Marcenensi.

6.° Miraculum patratum in regione Saxonum, sancti Hildeberti, Coloniensis Archiepiscopi, temporibus.

7.° *Aristotelis* liber inscriptus: Secreta secretorum; à *Philippo,* Clerico Guidonis de Valentia Episcopi Tripolitani, Latinè conversus.

8.° Ephemerides anni 1480. in quibus notantur tempora phlebotomizandi & purgandi, quorum cognitio valdè necessaria est Medicis.

9.° *Anselmi,* Cantuariensis Archiepiscopi, libri duo, cur Deus Homo.

10.° Sancti *Augustini,* sive potiùs *Gennadii* Massiliensis liber de dogmatibus ecclesiasticis.

11.° *Anselmi,* Archiepiscopi Cantuariensis, liber de veritate.

12.° Ejusdem liber de libero arbitrio.

13.° Ejusdem liber de conceptu virginali: finis desideratur.

14.° Ejusdem liber de azymo & fermentato.

15.° Ejusdem liber de sacramento Altaris.

16.° Ejusdem liber de Verbi Incarnatione.

17.° Ejusdem liber de prædestinatione & præscientia, de gratia & libero arbitrio.

18.° Ejusdem proslogion.

19.° Ejusdem elucidarium, sive potiùs elucidarii fragmentum.

20.° Sancti *Hieronymi* sententia de essentia divinitatis Dei.

21.° Hymnus in honorem Virginis Deiparæ.

22.° *Senecæ* epistolæ nonnullæ.

Hujusce codicis pars decimo tertio, alia decimo quarto, alia decimo quinto sæculo videtur exarata.

IIIM CCCLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai de Lyra* tractatus ad probandum per Scripturas à Judæis receptas, quòd Christus fuit verus Messias promissus in lege.

2.° Ejusdem responsio ad quemdam Judæum, ex verbis evangelii secundùm Matthæum contra Christum nequiter arguentem.

3.° Ejusdem tractatus de visione divinæ essentiæ ab animabus Sanctis, à corpore separatis.

4.° Ejusdem tractatus de differentia litteræ Hebraïcæ & nostræ translationis.

5.° Sancti *Augustini* tractatus de psalmis sexagesimo octavo & sexagesimo nono.

6.° Liber *Secundi,* Philosophi, sive responsa ad interrogationes Adriani, Imperatoris.

7.° *Senecæ* tractatus de virtutibus & vitiis.

8.° Magistri *Alani,* Insulensis, liber de doctrina.

9.° *Roberti de Sorbona* tractatus de confessione.

10.° Libellus conscientiæ: eodem authore.

11.° Introductorium Confessoris apud confitentem.

12.° Liber de septem gradibus contemplationis.

13.° Quæstio de correctione fraterna.

14.° *Daretis Phrygii* historia Trojana, à *Cornelio Nepote* in Latinum sermonem conversa.

15.° *Theodosii* liber primus de sphæricis: accedit commentarius.

16.° *Julii Frontini,* Siculi, liber de arte agrimensoria.

17.° *Marci Junii Nypsi* liber secundus de fluminum varatione; quem exscripsit Fabricius Varanus ex codice vetustissimo & situ corrupto: porrò in hoc nostro exemplari menda plurima reperias quæ ipse Varanus agnoscendo corrigere non tentavit.

18.° Fragmentum de potentia dominorum, vel dominium juxta mare habentium, atque etiam de aliquibus guerris ac dissensionibus, & ad quem finem venerint.

19.° Epistola *Presbyteri Joannis,* Domini Indiæ, ad Emmanuëlem, Romæorum Imperatorem.

20.° Anonymus de septem mirabilibus mundi.

21.° Rubrica de civitate Romana; sive descriptio eorum quæ Romæ visenda.

22.° Chronica breviter compilata ex pluribus chronicis Ravennæ inventis.

23.° Transcripta litterarum impetratarum per dominum Bremundum de Cassario, à *Ludovico X.* aliàs *Hutino,* Francorum Rege; sive declarationes, responsiones & ordinationes suprà dicti Regis, super petitionibus Baronum Linguæ Occitanæ, anno 1315.

24.° Lettres apportées par M.r l'Evêque de Tournay, Chancellier de M.r le Duc de Bourgoingne, & délivrées à Maistre Jehan de Maroilles, Conseiller d'icelluy Seigneur, & Garde de ses Lettres & Chartres estans à Dijon; pour les mettre & garder avec les dites lettres & chartres; le XVI.e jour de Juin l'an 1420. Et 1.° Lettres du traittié de paix fait sur le ponceau ou chemin de Paris près de Poilly-le-Fort, entre Charles qui se dit Dauphin, & feu Msg.r le Duc Jehan de Bourgoingne. 2.° Lettres du Roy qui déclare & ordonne que M.r le Duc Philippe & son hoir masle tienne & possede les villes & chastellenies de Lille, de Douay & d'Orchies,

d'Orchies, comme ont fait Messieurs les Ducs Philippe & Jehan de Bourgoingne. 3.° Lettres du Roy qui veult que M.r le Duc Philippe & M.e la Duchesse joyssent des dons, transports & cessions à eux faits des ville, chastel, chastellenie de Peronne, de Roye & de Montdidier, selon la forme d'autres lettres sur ce faites jusques à ce qu'ils soient paiez de cent mille escuz; nonobstant que M.r le Duc Jehan en ait aucune chose reçu. 4.° Lettres du Roy par les quelles il déclare que les patronnages & collations des bénéfices des villes & chastellenies de Peronne, de Roye & de Montdidier appartiennent à M.r le Duc Philippe & à Madame sa femme, & que les foy & hommages, & les services qui sont deuz à cause des diz lieux, leur soient faiz. 5.° Lettres du Roy par les quelles le Roy octroye à M.r le Duc Philippe les païs, terres & seigneuries & autres biens estans en ses païs & tenues de lui en fye & arrierefye, appartenans aux rebelles & desobeissans au Roy. 6.° Lettres du Roy par les quelles il conferme le don qu'il a fait à M.r le Duc Philippe, de l'ostel de feu le Conte d'Armignac, séant à Paris, & entant que mestier est lui donne de nouvel. 7.° Lettres du Roy d'Angleterre faisans mencion comment le Roy de France tendra le royaume du douaire de Dame Catherine, Royne d'Angleterre; & que le dit Roy d'Angleterre aura le Royaume après le décès du Roy de France; de l'obeissance qu'il luy devra estre faite, & la maniere du gouvernement du dit Royaulme. 8.° Lettres passées par M.r le Duc & Madame d'Austriche sur la ratification & approbacion des traictiez & convencions faites par feu M.r le Duc Jehan avec ma dite Dame sa seur. 9.° Lettres de procuracion pour passer les lettres dessus transcriptes.

Hujusce codicis pars decimo quarto, pars decimo quinto sæculo exarata videtur.

IIIM CCCLIX. A.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur dialogus Petri, cognomento Alphonsi, ex Judæo Christiani, & Moysis, Judæi, duodecim capitulis distinctus, quorum quinque prioribus Judæorum & Saracenorum errores confutantur, septem posterioribus præcipua dogmata fidei christianæ adstruuntur: hæc pars posterior in nostro codice desideratur; præmittuntur nonnulla de cœnobio sancti Joannis Laudunensis, quod B. Salaberga construxit.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatus de concordantia legis: authore *Joanne de Valentia,* Alphonsi Regis Castellæ Medico; & è Castellano idiomate in Latinum à Fratre *Gunsalvo,* Episcopo Gadicensi & Præceptore Henrici Regis Castellæ, conversus.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLXI.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Samuëlis Israëlitæ* ad Rabbi Isaac, Synagogæ Magistrum, epistola, ex Arabico sermone in Latinum ab *Alphonso Bonihominis,* ex ordine Fratrum Prædicatorum, conversa.

2.° Anonymi de conservanda valetudine tractatus: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCLXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Samuëlis Israëlitæ* epistola de adventu Jesu veri Messiæ, quem Judæi frustra expectant; ex Arabico sermone in Latinum ab *Alfonso Bonihominis,* Hispano, conversa, & Hugoni, Fratrum Prædicatorum Magistro, nuncupata.

2.° *Petri Cavallaniani,* Tarraconensis Cæsaraugustani, adversùs Judæos & Saracenos liber de fide in Christum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLXIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Variarum prophetiarum, quæ in libris sacris occurrunt, explicatio: authore anonymo; præfixus liber, Medrascim dictus, in Italicam linguam conversus.

2.° *Ægidii Viterbiensis,* Cardinalis, scechina; sive de arcana Judæorum doctrina tractatus, ad Clementem VII. finis desideratur.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLXIII. A.

Codex chartaceus, olim Rogerii de Gaignieres. Ibi continetur *Pii* Papæ II. ad Mahumetem II. epistola pro fide catholica adversùs Mahumetica dogmata.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLXIV.

Codex chartaceus, olim Antonii Lancelot. Ibi continetur Fratris *Thomæ Campanellæ*, Stylensis, ordinis Prædicatorum, quòd reminiscentur & convertentur ad Dominum universi fines terræ, pars quarta: in ea legationes ad Machometanos, hoc ordine:

1.° Legatio ad Immanissimum Turcarum Imperatorem, Machometanæ sectæ, juxta interpretationem Omar, defensorem primum.

2.° Legatio ad Regem Persarum Soffium, Machometanæ sectæ, juxta interpretationem Allæ, seu Hali, defensorem.

3.° Lgatio ad Reges Arabes, qui in insulis extra Mare Rubrum dominantur usque ad Calecut; etiam in Asiæ oris & in Orientali Africa regnant, videlicet in Adel, Melinde, Mozambique, Quiloa, Madagascar, Dandali; & ad Principes qui vagantur per Libyam Borealem, sequaces Machometi secundùm interpretationem Abubaquer.

4.° Legatio ad Regem Fez & Marochi, Xeriffum, Machometanæ sectæ defensorem principalem.

5.° Legatio ad Regem Tartarorum Zagatainorum ultra Oxum fluvium à Perside potentissimum; unàque ad Regem Magorum, seu Mogolorum, amplissimum inter Indum & Gangem, ex Zagatainis ortum; Machometanæ legis juxta Turcarum ritus sectatores.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus est.

IIIM CCCLXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Romanæ Ecclesiæ articuli septuaginta octo, ab Armenis tenendi.

2.° Armenorum circa sacramenta, contra Scripturam & Traditionem errorum collectio.

3.° Articuli errorum Armenorum, cum responsionibus eorum; seu potiùs concilium generale ab Armenis anno 1342. congregatum, in quo se à prædictis erroribus purgare tentaverunt.

4.° Armenorum errorum correctio.

5.° Errores Græcorum reprobati.

6.° Errores Jacobitarum, pariter reprobati.

Is codex anno 1346. exaratus est.

IIIM CCCLXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Romanæ Ecclesiæ articuli septuaginta octo, ab Armenis tenendi.

2.° Armenorum circa sacramenta, contra Scripturam & Traditionem errorum collectio.

3.° Articuli errorum Armenorum, cum responsionibus eorum; seu potiùs concilium generale ab Armenis anno 1342, congregatum, in quo se à prædictis erroribus purgare tentaverunt.

4.° Armenorum errorum correctio.

5.° Errores Græcorum reprobati.

6.° Errores Jacobitarum pariter reprobati.

Is codex decimo septimo sæculo ex præcedente codice descriptus est.

IIIM CCCLXVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur articuli errorum Armenorum, cum responsionibus eorum; seu potiùs concilium generale ab Armenis anno 1342. congregatum, in quo se à prædictis erroribus purgare tentaverunt.

Is codex sæculo decimo septimo ex antiquiori codice descriptus est.

IIIM CCCLXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Daniëlis de Taurisio*, ordinis Minorum, & Leonis Armenorum Regis Legati, responsa ad errores Armenis impositos, Benedicti XII. temporibus edita.

2.° Sacramenta & articuli fidei quos dominus Jacobus, Armenorum Catholicus, misit ad eumdem Benedictum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCLXIX.

Codex chartaceus, quo continetur *Antonii Cauci*, Patricii Veneti & Archiepiscopi Corcyræ, liber de Græcorum recentiorum hæresibus, ad Gregorium XIII. Pont. Max. ad calcem subjicitur rerum index alphabeticus.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLXX.

Codex chartaceus, olim Mentellianus. Ibi continetur opus quinquepartitum de certamine Ecclesiæ Christi militantis adversus

omnes Babylonis exercitus, ut & Idololatrarum, omnium pænè Hæreticorum & Schismaticorum; item mundi, cacodæmonis & concupiscentiæ carnis explicans gloriosam Ecclesiæ habitam & habendam semper victoriam: authore *Petro Alite*, Carnutensi, Montis-acuti apud Lutetiam Parisiorum Primario.

Is codex anno 1557. exaratus est.

IIIM CCCLXXI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi summa contra Hæreticos.

2.° *Petri Blesensis* flores è Job decerpti.

3.° Anonymi commentarii in hymnos, in Ecclesia Romana cantari solitos: accedunt hymni.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus est titulus: Collyrium fidei contra hæreses & errores: authore Fratre *Alvaro*, Hispano, Doctore Decretorum & Episcopo Silvensi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCLXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Zanghini Hugolini de Porta Sancti Petri de Arimino* tractatus super materia Hæreticorum.

2.° Casus abstracti à jure per Fratrem *Hermannum* de provincia Saxoniæ.

3.° Varia privilegia à Summis Pontificibus concessa Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, & cruce signatis: sequuntur interrogationes faciendæ hæreticis per Inquisitores.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLXXIV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur Magistri *Alani*, quadripartita contra Hæreticos Valdenses, Judæos & Paganos editio: præmittitur prologus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLXXV.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans, olim Colbertinus. Ibi continentur processus varii adversùs Valdenses instructi.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus Ibi continetur *Raymundi*, Episcopi Elnensis, inquisitio adversùs Templarios facta anno 1310.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CCCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Thomæ Waldensis*, Carmelitæ Angli, doctrinalis fidei adversùs Wiclefistas, Hussitas, &c. tomus primus, in quo de Deo Christo, Petro, Ecclesia ac Religiosis: præmittuntur authoris epistola ad Martinum V. Papam & prologus.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLXXVIII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continetur *Thomæ Waldensis*, Carmelitæ Angli, doctrinalis fidei adversùs Wiclefistas, Hussitas, &c. tomus secundus, in quo de Sacramentis.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLXXIX.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continetur *Thomæ Waldensis*, Carmelitæ Angli, doctrinalis fidei adversùs Wiclefistas, Hussitas, &c. tomus secundus, in quo de Sacramentis.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLXXX.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continetur *Thomæ Waldensis*, Carmelitæ Angli, doctrinalis fidei adversùs Wiclefistas, Hussitas, &c. tomus tertius, in quo de Sacramentalibus.

Is codex anno 1456. exaratus est.

IIIM CCCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Rogeri Dimmock*, sacræ Paginæ Professoris, ordinis Prædicatorum, liber adversùs duodecim errores Lollardorum, Richardo, Angliæ Regi, nuncupatus.

2.° *Willelmi Woedeford*, ordinis Minorum, tractatus contra Wiclefi trialogum.

3.° Anonymi tractatus de audientia confessionum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCLXXXI. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur articulorum falsorum & erroneorum è postilla Petri Joannis in Apocalypsim extractorum confutatio: authoris nomen non comparet.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CCCLXXXI. *B.*

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur liber secundus registri determinationum Facultatis theologicæ scholæ Parisiensis, ab anno 1524. ad annum 1531. registri is est ordo:

1.° Errores decerpti ex libello diffamatorio Facultatis theologicæ, aliàs dicto *Murman:* unà cum censuris.

2.° Errores Magistri nostri Maigret, ordinis Prædicatorum: unà cum censuris.

3.° Errores Wolfangi Schuch, cum missoriis litteris: accedunt censuræ.

4.° Errores Magistri Petri Caroli & processus & privatio ejusdem.

5.° Errores Jacobi Ponent & defensoris ejus Matthæi Saulnier: accedunt censuræ.

6.° Errores libri qui incipit: epistolæ & evangelia secundùm usum diœcesis Meldensis: accedunt censuræ.

7.° Errores Ludovici à Berquin, reperti in libris ejusdem & marginibus eorumdem; & in libris per eum in linguam Gallicam translatis: accedunt censuræ.

8.° Errores Magistri nostri Joannis Bernardi, Augustiniensis ordinis: accedunt censuræ.

9.° Errores reperti in paraphrasibus, elencho, annotationibus & aliis libris Erasmi Rotherodami: accedunt censuræ.

10.° Errores libri qui dicitur familiarium colloquiorum ejusdem Erasmi: accedunt censuræ.

11.° Responsio ad istam propositionem: An fornicatio Sacerdotis sit casus reservatus Archiepiscopo Valentino.

12.° Epistolæ ad Episcopum Suessionensem & capitulum ejus super correctione breviarii, noviter impressi, continentis nonnulla contra usum Romanæ Ecclesiæ.

13.° Censura duarum propositionum de necessitate linguæ Græcæ & Hebraïcæ.

14.° Politia pauperum urbis Yprensis, à Magistratu ejusdem urbis instituta.

15.° Censura quorumdam librorum ad Facultatem transmissorum.

16.° Errores ex iisdem libris condemnatis excerpti.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus est.

IIIM CCCLXXXI. *C.*

Codex chartaceus, quo continetur liber secundus registri determinationum Facultatis theologicæ scholæ Parisiensis, ab anno 1524. ad annum 1531.

Is codex ex præcedenti, decimo octavo sæculo descriptus est.

IIIM CCCLXXXII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Gasparis Hedionis,* Concionatoris Argentoratensis, epistola ad Ulricum amicum suum de componendis Ecclesiæ dissidiis in Germania exortis, data anno 1534.

2.° *Philippi Melancthonis, Martini Buceri, Joannis Ungari, Petri Legman, Martini Frechti, Bonifacii Vicelii, Conradi Furcini, C. Boniasii* & *Thomæ Gasneri* epistolæ de ineundæ concordiæ ratione.

3.° *Sebastiani Castalionis* disputatio, qua hæc Pauli Apostoli verba explicantur: *Major serviet minori.*

4.° Discours du colloque de Poissy par M. d'*Espence,* du 27. Janvier 1561. envoyé par la Reine mere du Roy, aux Theologiens de Paris arrivés à Saint Germain.

5.° Lettre de M. le Cardinal d'*Armagnac* à M. d'Espence.

6.° Mémoire baillé à M. le Cardinal de Lorraine, quand il est parti pour aller au concile de Trente.

7.° L'instruction baillée à M. de Lansac, quand il a esté depesché pour le concile de Trente en Avril 1562. avec plusieurs autres piéces touchant le concile.

8.° Resultat du Conseil du Roy touchant les entreprises de la Cour de Rome, nommément pour avoir declaré la Reine de Navarre heretique, & l'avoir privée de ses Estats & Seigneuries.

9.° Piéces diverses touchant le concile de Trente; elles sont imprimées.

10.° Lettres écrites au Pape & au College des Cardinaux, par M. le Cardinal de Lorraine, touchant la convocation d'un concile national en France.

11.° Oratio habita Tridenti in concilio à DD. *Carolo,* Cardinali à Lotharingia, die 23.

12.° Variæ epistolæ DD. *Caroli,* Cardinalis de Lotharingia, ad Summum Pontificem: accedit Papæ responsum.

13.° *Ferdinandi* Imperatoris, *Maximiliani* Regis Romanorum, *Caroli* Archiducis

Austriæ, *Alberti* Ducis Bavariæ, & *Mariæ* Scotorum Reginæ epistolæ ad Papam.

14.° Mémoire touchant l'ordre de Saint Lazare.

15.° Decretum sacræ Facultatis theologicæ Parisiensis, circa quæstionem de visione beatifica, adversùs opinionem Joannis Papæ XXII. datum anno 1333.

16.° Confession de la vraye foy & religion Chrestienne au Royaume d'Ecosse, du vingt Juin 1580.

17.° Prophetia ab anno 1522. ad annum usque 1564.

Is codex sæculo decimo septimo descriptus videtur.

IIIM CCCLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur *Georgii Cassandri* liber de officio pii ac publicæ tranquillitatis verè amantis viri in hoc religionis dissidio, scilicet dum Lutheri & Calvini opiniones latè grassarentur.

Is codex anno 1562. Parisiis exaratus est.

IIIM CCCLXXXIV.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continetur *Jacobi Michaëlii*, Andegavi, ad Henricum III. Regem Christianissimum pro sermone suo de salute confirmatio, sexdecim actionibus comprehensa : ibi autem de præcipuis fidei capitibus Catholicos inter & Lutheranos controversis agitur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CCCLXXXV.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur opus Clero Gallicano nuncupatum, cujus is est titulus : Hortus deliciarum, in quo piæ meditationes in quinque & viginti psalmos Davidis juxta Hebraïcum numerum habentur, ex sacro-sanctæ linguæ penu erutæ, ad præcipua quædam Calvinistarum dogmata refellenda; unà cum brevissimis in eosdem psalmos scholiis, & exacta singulorum locorum observatione, quos Calvinistæ Gallica sua rythmica versione turpiter passim corruperunt : authore *Joanne Baptista Ferrario*, sacro-sanctæ linguæ Professore.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

IIIM CCCLXXXVI.

Codex chartaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur Facultatis theologicæ Parisiensis de iis quæ in Gallia aguntur, quæque ad religionem spectant, instructio; incipit : *Quia passim Lutetiæ aliisque Galliæ urbibus per politicæ factionis homines de pace cum Navarro ineunda, hoc est, de eo in Regem admittendo sub prætextu catholicæ professionis consilia agitantur, &c.*

Is codex anno 1592. exaratus est.

IIIM CCCLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° *Guillelmi de Ocham*, ordinis Fratrum Minorum & sacræ theologiæ Magistri, opus nonaginta dierum : in hoc autem opere author controversiam inter Joannem XXII. Papam & Michaëlem de Cesenna exortam ad examen revocat.

2.° Ejusdem opusculum adversùs errores Joannis XXII.

3.° Ejusdem tractatus ostendens quòd Benedictus Papa XII. nonnullas Joannis XXII. hæreses amplexus est & defendit.

4.° Ejusdem epistola ad Fratres Minores in capitulo apud Assisium congregatos anno 1334.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi dictionarium, in quo voces ad theologiam pertinentes exponuntur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CCCLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi dictionarium, in quo voces ad theologiam pertinentes exponuntur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

INFIDELES, HETERODOXI, &c.

IIIM CCCXC.

Codex membranaceus, quo continetur alchoranus : interprete *Roberto Ketenensi* ; præmittuntur Mahumetis vita, & mendosa Saracenorum chronica.

Is codex anno 1143. exaratus dicitur.

IIIM CCCXCI.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continetur alchoranus : *Roberto Ketenensi*

interprete; præmittuntur chronica mendosa & ridiculosa Saracenorum.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM CCCXCII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur alchoranus ex Arabico sermone in Latinum à *Roberto Ketenensi* conversus: præmittuntur domini *Petri*, Abbatis, ad dominum Bernardum, Abbatem Claræval-lensem epistola, recentiori manu scripta, & chronica mendosa Saracenorum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCXCIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Alcoranus ex Arabico sermone in Latinum à *Roberto Ketenensi* conversus.

2.° Chronica mendosa & ridicula Saracenorum.

3.° Saraceni ad Christianum epistola, qua ipsum hortatur ut Mahummedanorum amplectatur religionem: sequitur Christiani responsum.

4.° *Petri Venerabilis*, Abbatis Cluniacensis, ad Bernardum, Abbatem Claræval-lensem, epistola de impia secta Machometi, filii diaboli & primogeniti sathanæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CCCXCIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber alchorani ex Arabico sermone in Latinum à *Marco*, Canonico Toletano, conversus: conjectæ sunt ad marginem viri cujusdam eruditi annotationes.

2.° Traduction Françoise des quatre premiers chapitres de l'alchoran.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM CCCXCV.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Martini Lutheri* ad Joannem Eccium responsio super propositionem suam decimam tertiam de potestate Papæ.

2.° Curiæ Romanæ contra Lutheranam sectam informatio.

3.° *Georgii Ameruzæ*, magni Trapezuntis Logothetæ, de fide dialogus cum Rege Turcarum.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus est.

IIIM CCCXCVI.

Codex chartaceus, quo continentur loci communes de sacramento Eucharistiæ, è Conciliis, sanctis Patribus, aliisque scriptoribus, nempè D. à Lasco, Petro Martyre, Œcolampadio & Martino Bucero excerpti.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIIM CCCXCVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur rerum ab origine mundi gestarum & institutarum declaratio, ordo, ratio & chronologia, cum scientiarum fontibus: authore *Guillelmo Postello.*

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIIM CCCXCVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi Postelli* tractatus de perenni, &, licèt sub cœlo sit, nunquam mutando Reipublicæ statu, à Magistratu optimo in hunc finem statuto.

2.° Traité de la restitution de la vérité démonstrative des temps courants, & sur tout autre, de l'émendation du Calendrier ou des temps de l'an; adressé à Messieurs les Professeurs Royaux: par *Guillaume Postel*, dit *Rorisperge.*

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CCCXCIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Liber de necessaria Evangelistarum dissonantia aut proprietate, & maximè de traditione, sive cabala Christi Joanni data, in summam Ecclesiæ necessitatem: authore, nî fallor, *Guillelmo Postello.*

2.° Du droict divin & autorité sacrée, par laquelle appert l'origine des Gomerites, Gaulois estre la premiere & aisnée en tout l'univers: la fin du traité manque dans ce manuscrit.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

IIIM CD.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Livre des rétractations de *Guillaume Postel Dolerie*, nécessairement uni à un discours des merveilleux effects qui sont advenus depuis le 1500. an de salut, & de ceux qui doibvent en brief advenir par la divine ordonnance de la conjonction maxime qui

ſera l'an 1585. & la raiſon de l'occaſion par laquelle leſdits effects adviennent.

2.° Tranſubſtantiationis myſteria; ſeu naturalis Sacramenti Corporis & Sanguinis Chriſti deductio, & neceſſaria ratio ex loco Zachariæ de Chriſti triumpho conſequens.

3.° Qu'eſt-ce que de l'image de Dieu à laquelle l'homme eſt crée, formé & fait.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Apologia ultima *Poſtelli*, ut ruenti mundo Gallico ſe opitulatorem & Eccleſiæ verè catholicæ filium ſummum votis ſaltem probet, quoad uſque factis præſtare valeat ipſa catholica Eccleſia.

2.° Autographum atteſtationis morum & catholicitatis, datæ Poſtello anno 1566.

3.° Α'φοειςμοὶ elementaque veritatis æternæ, pro concordia Univerſi, inſtituta de neceſſarii unius, ut ſit in haberi in humana mente ſicut eſt, id eſt ut cognoſcatur, manifeſta demonſtratione: quod DEUS EST; & quòd REMUNERATOR EST; *Guillelmo Poſtello Roriſpergio*, Coſmopolita, explicatore, in operis ſui de orbis terræ concordia ſuppetias.

4.° Anonymi tractatus, quòd Germanorum ſcriptores doctiſſimi incœperint lucem originum verarum attingere, & à Gomero deducere.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

IIIM CDII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi Poſtelli* adversùs Matthæum d'Antoine, Doctorem juris ſe profeſſum, apologia; cum catholicarum veritatum, quæ ab eo ejuſque fautoribus oppugnantur, naturali demonſtratione: Gallico idiomate.

2.° Ejuſdem fidei profeſſio; Gallico idiomate.

3.° Ejuſdem de iis, quæ Lutetiæ Pariſiorum eventura ſunt, vaticinium è magiæ, veræque aſtrologiæ ſecretis extractum: Gallico idiomate.

4.° Ejuſdem liber de ſummo antiquitatis aſtu in excogitanda prudentia humana, divinæ oppoſita; aut potius de Græcorum furtis & erroris origine & emendatione, reſtitutioneque veritatis ſemper duraturæ.

5.° Ejuſdem neceſſaria declaratio de corporis Chriſti natura & unione vera cum hoc noſtro omnium particulari, ut revera unum cum illo efficiamur, & ante omnia venientem ad nos omnibus Deo vero debitis honoribus proſequamur.

6.° Ejuſdem librorum typis mandatorum catalogus.

7.° Ejuſdem epiſtola ad Andream Mahium, anno 1563. data.

8.° Ejuſdem caput origove, ſeu volumen libri æterni de latentibus hactenùs cauſis; id eſt, de naturalis hiſtoriæ tenore continuo, ſeu de magico ſucceſſu & auditu, contra Plinium ubi de Gallorum Sacerdotibus imperitiſſimè egit: opus non ſolùm lectu dignum, ſed etiam neceſſarium nunc ad veritatis æternæ demonſtrationem & conſtitutionem, ut habeatur, ſicut eſt, ſalus mundi in homine acquiſita.

9.° Ejuſdem epiſtola ad Gregorium, Papam.

10.° Alcorani verſionis, quam *Poſtellus* ediderat, fragmentum.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus eſt.

THEOLOGI.

In-quarto.

SCHOLASTICI.

IIIM CDIII.

Codex membranaceus, quo continentur *Petri Lombardi* Sententiarum libri quatuor.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDIV.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Petri Lombardi* Sententiarum libri quatuor.

Is codex decimo quarto ſæculo videtur exaratus.

IIIM CDV.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur liber quartus Sententiarum: authore *Petro Lombardo.*

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi commentarii in quatuor libros Petri Lombardi, Magiſtri Sententiarum: primi libri initium deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDVII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur *Petri de Tarantasia*, posteà *Innocentii*, Papæ V. commentarius in librum secundum Magistri Sententiarum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Richardi Hals*, sacræ theologiæ Professoris, annotationes in tertium librum Magistri Sententiarum.

Is codex anno 1575. exaratus est.

IIIM CDIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Joannis Maldonati* dictata in tres priores libros Magistri Sententiarum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CDX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati* annotata in duos priores libros Sententiarum: finis secundi desideratur.

2.° *D. Pigenat*, Theologi, expositio in secundum Sententiarum librum: finis desideratur.

3.° Anonymi prolegomena in universam juris ecclesiastici disciplinam; desinunt verò in titulo: *De officio Vicarii.*

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXI.

Codex chartaceus, quo continetur:

1.° Anonymi quæstiones ad primum librum Sententiarum: finis & nonnulla passim desiderantur.

2.° Summæ naturalium prima pars: authore anonymo.

3.° Fragmentum de variis circa animam opinionibus.

4.° *Alberti Magni* opusculum de passionibus aëris, sive impressionibus.

5.° *Euclidis* elementorum libri primi fragmentum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, in epitomen ab anonymo contracti.

2.° Anonymi opus, in quo varia Veteris & Novi Testamenti loca explicantur: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi liber inscriptus: Breviloquium super quartum Sententiarum, sive veritates abstractæ sub compendio de quarto Sententiarum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXIV.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum: Abbreviatio Magistri *Bandani* de libro Sacramentorum Magistri Petri, Parisiensis Episcopi, fideliter acta.

2.° Sancti *Augustini* fragmenta.

3.° *Martini*, Episcopi, libellus ad Mironem Regem, de formula honestæ vitæ.

4.° Passio sancti Thomæ, Cantuariensis Archiepiscopi: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM CDXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur summæ S. *Thomæ Aquinatis* pars tertia.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Thomæ Aquinatis* liber de concordia fidei christianæ & philosophiæ.

2.° Ejusdem liber de æternitate mundi.

3.° Ars demonstrandi, ex Aristotele concinnata: authore anonymo.

4.° Index in argumenta theologica.

5.° Miscellanea varia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXVII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Thomæ Aquinatis* officium sacerdotale.

2.° *Anselmi*, Cantuariensis, elucidarium, sive dialogus summam christianæ theologiæ complexus.

3.° Expositio orationis Dominicæ: authore anonymo.

4.° Anonymi

4.° Anonymi ſpeculum Eccleſiæ, ſive de ſacramentis eccleſiaſticis.

5.° Anonymus de expoſitione canonis miſſæ.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Bagotii,* è ſocietate Jeſu, commentarius in primam partem ſummæ theologicæ ſancti Thomæ.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus eſt.

IIIM CDXIX.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Auguſti Thuani, poſtea Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Opus cujus titulus eſt: Extractum breve & utile de compendio theologicæ veritatis, edito à ſancto Thoma Aquinate.

2.° Flores ex Hugonis de Folieto operibus collecti.

3.° Excerpta è ſancti Iſidori, Hiſpalenſis, operibus.

4.° Excerpta è paſtorali ſancti Gregorii, Papæ.

5.° Flores ex Hugonis de Sancto Victore operibus collecti.

6.° Flores collecti ex operibus S. Hieronymi.

7.° Flores collecti ex operibus ſancti Auguſtini.

8.° Flores collecti ex operibus Caſſiani.

9.° Flores è ſancto Anſelmo collecti.

10.° Liber trium dierum, quorum quilibet continet tres leucas.

11.° Brevis & utilis liber qui conſcientiæ appellatur.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDXX.

Codex chartaceus, quo continetur anonymi de laudibus ſancti Thomæ Aquinatis oratio.

Is codex manu recentiore exaratus eſt.

IIIM CDXXI.

Codex chartaceus, quatuor voluminibus conſtans, quibus continetur cenſura ſummæ theologicæ, ſancto Thomæ Aquinati falsò attributæ: authore *Joanne Hardoüin,* è ſocietate Jeſu; ad calcem ſubjectus index rerum memorabilium.

Is codex anno 1717. exaratus eſt.

IIIM CDXXII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Hardoüin,* è ſocietate Jeſu Preſbyteri, de vita ſancti Thomæ Aquinatis illiuſque doctrina diſceptatio critica: Gallico idiomate.

2.° Ejuſdem diſceptatio critica de vita ſancti Dominici: Gallico idiomate.

3.° Ejuſdem de origine & progreſſu Roſarii diſquiſitio: Gallico idiomate.

Is codex decimo octavo ſæculo exaratus eſt.

IIIM CDXXIII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur anonymi ſumma theologica.

Is codex in bibliotheca ſancti Victoris Pariſienſis quondam aſſervatus, ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi problematum theologicorum libri quatuor: ſive ſumma theologica.

2.° Diſputationes theologicæ: initium & nomen authoris deſiderantur.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXXV.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur anonymi quæſtiones ſexaginta duæ de theologia, illarumque ſolutiones.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDXXVI.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Liber inſcriptus: Breviloquium certitudinaliter tenendum catholicæ veritatis: eſt autem quædam quaſi ſumma theologica in epitomen contracta.

2.° Planctus beati Dionyſii de morte beati Pauli ad beatum Timotheum.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXXVI. *A.*

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Breviloquium catholicæ veritatis, ſeu ſumma theologica in epitomen contracta.

2.° Sermones de regulis Monachorum: authore *Hieronymo,* Monacho.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM CDXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Willelmi Autissiodorensis summa à Magistro *Heberto* in epitomen contracta.

2.° Anonymi summa de anima.

3.° Liber quartus problematum theologicorum de Sacramentis: authore anonymo.

4.° Anonymi sermo de Innocentibus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur Fratris *Petri Thomæ*, ordinis Minorum, compendium theologicum, in septem libros tributum: primus agit de natura divinitatis; secundus de operibus Conditoris; tertius de corruptela peccati; quartus de humanitate Christi; quintus de sanctificatione gratiarum; sextus de virtute Sacramentorum; septimus de ultimis temporibus, de pœnis malorum ac de præmiis bonorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXXIX.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Petri Thomæ*, ordinis Minorum, compendium theologicæ veritatis.

2.° Sancti *Augustini* soliloquium de arrha animæ: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Petri Thomæ*, ordinis Minorum, compendium theologicæ veritatis.

2.° Compilatio de libris naturalibus Aristotelis & aliorum quorumdam Philosophorum de rerum natura: accedit ad calcem compilatio de Ethicis Aristotelis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXXXI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, primùm Joannis Baptistæ Hautin, posteà Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Petri Thomæ*, ordinis Minorum, compendium theologicæ veritatis.

2.° Determinatio quæstionis de renovatione mundi.

3.° Gesta Salvatoris, sive evangelium *Nicodemi.*

Is codex anno 1428. exaratus est.

IIIM CDXXXII.

Codex chartaceus, quo continetur Fratris *Petri Thomæ*, ordinis Minorum, compendium theologicæ veritatis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is est titulus: Formalitates, seu quæstiones de modis distinctionum: authore Magistro *Petro Thoma*, ordinis Fratrum Minorum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Isagogicon disciplinæ cœlestis, sive compendium doctrinæ christianæ: authore anonymo.

2.° Annotatio de quinque prioribus mundi ætatibus.

3.° Oratio rythmica ad beatam Virginem.

4.° Rubricæ in psalmos & in cantica psalmis adjungi solita.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXXXV.

Codex chartaceus, quo continetur *Antonii Stephani Aretini* de evangelicæ intelligentiæ principiis, & operatricis naturæ Dei mysteriis compendiolum: præfixa ad Nicolaum Rodulphum, Cardinalem, epistola nuncupatoria.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXXXVI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Compendium theologiæ tribus partibus constans; prima est de Mysteriis; secunda de Sacramentis; tertia de virtutibus & vitiis: ad calcem subjectus capitum index.

2.° Sancti *Anselmi*, Cantuariensis Archiepiscopi, elucidarium.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXXXVII.

Codex membranaceus, olim Philippi Droüin. Ibi continentur:

1.° Anonymi responsio ad varias de rebus

theologicis interrogationes: sub finem verò præfationis hæc de se author ait: *Nos enim & una generis consanguinitas, & ejusdem professionis in Christo jungit societas, quos Francia genuit, quos Laudunense solum educavit & docuit; sed te patria tenuit, me obedientia exulem in Anglia fecit; te Parisius apud sanctum Martinum lætabatur habere Priorem, nunc sedes Apostolica facit Albanum Antistitem; me Redingia indignum Abbatem Mathæe pater carissime.*

2.° *Augustini Minoris* interrogationes ad beatum Gregorium, Papam: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM CDXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Præcipua religionis christianæ capita, Scripturæ sacræ locis quæ ad singula pertinent, asserta, & in varias columnas distributa.

2.° Chronicon à mundi creatione ad Christi usque mortem perductum: authoris nomen non comparet.

3.° Anonymi sermones nonnulli.

4.° Anonymi tractatus de prima philosophia, in tres libros distributus.

5.° Templi Hierosolymitani descriptio: accedunt figuræ.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXXXIX.

Codex chartaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur *Jacobi de Sainte-Beusve*, theologiæ Professoris regii, tractatus de Deo uno: accedunt prolegomena, quibus theologiæ totius ratio explicatur.

Is codex anno 1646. exaratus est.

IIIM CDXL.

Codex chartaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur anonymi tractatus de Trinitate, ad quæstionem vigesimam septimam primæ partis Doctoris Angelici & sequentes.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM CDXLI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Francisci Suarez* tractatus de Incarnatione Christi.

2.° Ejusdem tractatus de proprietatibus Matris Dei; sive an concepta fuerit in peccato originali.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXLII.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de Incarnatione.

2.° Anonymus, utrùm theologia pertineat ad vitam activam, an ad contemplativam.

3.° Anonymi liber de arbitrio & gratia Dei.

4.° *Claudii*, Monachi Cœlestini, opusculum de libero arbitrio.

5.° Oratio devota ad beatam Mariam Virginem; cujus quidem orationis quodlibet vocabulum valet ad ostendendum quo mense & quota die mensis erit Pascha, sive sit annus bissextilis, sive non: accedunt ad calcem versiculi Gallici & alii Latini, quibus totum hoc mysterium denudatur.

6.° Fratris *Joannis Utenhove*, conventus reformati Congregationis Holandiæ ordinis Prædicatorum Vicarii generalis, ad Carolum Burgundiæ Ducem responsa de statu religionis, & observantia ac reformatione Religiosorum.

7.° *Claudii*, Cœlestini, ad Matthæum de Aquila, ejusdem ordinis Abbatem, tractatus de contractibus pensionariis vel censualistis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus est.

IIIM CDXLIII.

Codex chartaceus, olim Memmianus. Ibi continetur anonymi tractatus de Incarnatione.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM CDXLIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Bagotii*, è societate Jesu, tractatus de Angelis.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

IIIM CDXLV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Spicilegium Dæmonolatriæ; sive opusculum de Dæmonibus, & Magis illos invocantibus, quatuor in partes distinctum: authore anonymo, quem tamen post annum 1330. vixisse constat.

2.° Fragmentum libri cujusdam, in quo historiæ Novi & Veteris Testamenti conferebantur: authore anonymo.

3.° Formulæ nonnullæ forenses, tum

Gallico, tum Latino idiomate, secundùm veterem stylum Curiarum Gallicarum.

4.° Undecim schemata, sive figuræ in quibus varia religionis christianæ mysteria, & alia multa è theologia repetita distinctè & artificiosè exprimuntur.

5.° Speculum Sacerdotum, versibus heroïcis conscriptum: per *B. de Amoribus.*

6.° Versiculi Gallici in Natalem Christi, quos vulgò vocamus *Noëls.*

7.° Sancti *Anselmi* elucidarium, sive dialogus summam fidei christianæ complexus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXLVI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Quæstio de strigis, edita à venerabili theologiæ Magistro *Jordane de Bergamo,* ordinis Prædicatorum.

2.° *Joannis Vincentii,* Presbyteri, Prioris ecclesiæ de Monasteriis super Ledum, liber adversùs magicas artes, & eos qui dicunt artibus eisdem nullam inesse efficaciam: initium desideratur.

3.° Recollectio casus, status & conditionis Valdensium Idololatrarum, ex practica & tractatibus plurium Inquisitorum & aliorum expertorum, atque etiam ex confessionibus & processibus eorumdem Valdensium, in Attrebato facta an. Domini 1463. ad calcem accedunt varii errores Valdensium, in plures articulos distributi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXLVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur anonymi observationes in libellum cui titulus: De peccato originali.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° R. P. *Soarii,* Hispani, commentarius in tractatum sancti Thomæ de gratia.

2.° Ejusdem tractatus de virtutibus, sive de fide.

Is codex anno 1588. exaratus est.

IIIM CDXLIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Francisci Paganii,* Regiensis, super quæstione de gratia & libero arbitrio, nuperrimè exorta, piæ meditationes.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM CDL.

Codex chartaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° *Jacobi de Sainte-Beufve,* Professoris regii, tractatus de gratia Dei.

2.° Bulla authoritate Pauli V. Pontificis Maximi, compilata; qua quid in materia auxiliorum divinæ gratiæ, sub se & prædecessore suo Clemente VIII. Romæ controversa, sentiendum respuendumque sit decernitur.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

IIIM CDLI.

Codex chartaceus, quo continentur anonymi de auxilio efficaci quæstiones tres.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IIIM CDLII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Joannis Baptistæ Cotelerii* tractatus de prædestinatione Sanctorum, & gratia Christi: initio autem codicis hæc scripta reperias: *Dedit mihi* (Stephano nempè Baluzio) *vir nobilis Hector Josephus Cotelerius, Consiliarius regius apud clarissimam Coloniam Nemausensem, anno 1686. idibus Septembris.*

IIIM CDLII. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur *Joannis Harduini,* è societate Jesu Presbyteri, disceptatio critica in summam Thomæ Bradwardini de gratia Christi adversùs Pelagianos: Gallico idiomate.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLII. *B.*

Codex chartaceus, quo continetur *Joannis Harduini,* è societate Jesu Presbyteri, liber Gallico idiomate conscriptus, cui titulus: Constitutio S. P. N. Clementis XI. vindicata contra atheïsmum & hæreses novissimæ hujus ætatis.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLIII.

Codex chartaceus, quo continentur *Augustini Liciensis,* ordinis Fratrum Prædicatorum, considerationes septem de Inferno, in modum dialogi, ad Anglibertum de Bancio, Comitem Ogentinum.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDLIV.

Codex membranaceus, olim Sancti Martialis Lemovicenſis. Ibi continentur:

1.° Sapientis cujuſdam epiſtola de Antichriſti adventu, ad Gerbergam Henrici, Saxonum nobiliſſimi Regis, filiam.

2.° Excerpta ad Cœnobitarum hiſtoriam ſpectantia.

3.° Excerpta, ubi de rebus phyſicis diſſeritur.

4.° Excerpta ad jus canonicum ſpectantia.

5.° Quædam de inventione capitis & corporis ſancti Joannis Baptiſtæ.

6.° Initium libelli, à *Germano,* Patriarcha Conſtantinopolitano, editi in laudem beatæ Virginis.

7.° Excerpta varia è Patribus.

8.° Anonymi commentarius in Tobiam.

9.° *Gregorii* Papæ VII. epiſtola.

10.° *Auguſtini* epiſtola.

11.° Fragmentum pœnitentialis.

12.° Computus Latinorum.

13.° Calendarium, quod monaſterii cujuſdam diœceſis Santonenſis fuiſſe non immeritò conjicias.

14.° Nonnulla ad SS. Maurilii, Andegavenſis Archimandritæ, & Abrahæ, Monachi recluſi, vitam ſpectantia.

15.° Excerpta ex Odonis Cluniacenſis libro, quem de rebus geſtis Gregorii Turonenſis conſcripſit.

16.° Acta Chriſti Domini à Theodoſio Magno Hieroſolymis reperta, ſive evangelium *Nicodemi.*

17.° Fragmentum de ſpiritali ſæculo.

18.° Sancti *Auguſtini* varia fragmenta.

19.° De ordine miſſæ fragmenta.

20.° *Bernardi,* Santonenſis Epiſcopi, decreta.

21.° Canonum fragmenta.

22.° Dicta ſancti Hieronymi de fine ſæculi hujus.

23.° Tractatus ad Henricum de Marcha, ubi de matrimonio, de Ordine, aliiſque rebus theologicis.

24.° Practica legum & decretorum, à Magiſtro *Willelmo de Longo-Campo* collecta.

25.° Epiſtola Papæ ad Arnaldum, Abbatem Ciſtercienſem, unà cum tractatu de vera lege.

26.° Collectio fragmentorum ad jus, ad mores & ad grammaticam pertinentium.

Hujuſce codicis pars decimo tertio, pars decimo quarto ſæculo exarata videtur.

IIIM CDLV.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Pariſienſis,* ordinis Fratrum Prædicatorum, tractatus de Antichriſto & ejus temporibus.

2.° Prophetia Sibyllæ Erithreæ.

3.° Fratris *Ubertini de Caſali,* ordinis Minorum, tractatus de ſeptem ſtatibus Eccleſiæ, juxta ſeptem viſiones beati Joannis in Apocalypſi.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDLVI.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° Beati *Evagrii,* Iſclavonenſis Epiſcopi, liber de laudibus beatæ Mariæ Virginis: præmittuntur epiſtolæ duæ in hujuſce operis commendationem ſcriptæ; prior *Eugenii,* Summi Pontificis, altera *Lucii,* Epiſcopi.

2.° *Innocentii III.* epiſtolarum decretalium collectio: finis deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDLVII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Auguſti Thuani, poſteà Colbertinus. Ibi continentur *Joannis de Segobia,* Canonici Toletani, adviſamenta ſeptem de ſancta Conceptione Mariæ Virginis, beatiſſimæ Dei genitricis, oblata de menſe Octobris, anno Domini 1438. Deputatis à ſacro Baſileenſi concilio ad videndum & referendum quæ in diſputationibus utrimque fuerint allegata: ad calcem accedunt officium & miracula beatæ Mariæ Virginis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDLVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Roberti Bellarmini,* Cardinalis, tractatus de Eccleſia militante, in epitomen contractus.

2.° Ejuſdem tractatus de Conciliis, in epitomen contractus.

3.° Ejuſdem tractatus de Summo Pontifice, in epitomen contractus.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

IIIM CDLIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur theses in quibus multæ de Ecclesia agitantur & solvuntur quæstiones.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Jacobi Sadoleti*, Episcopi Carpentoractensis, in locum evangelicum de duobus gladiis interpretatio, Francisco Regi Christianissimo nuncupata.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

IIIM CDLXI.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Anonymi disceptatio super verbis evangelii: *Non veni solvere legem, sed adimplere;* finis desideratur.

2.° Nonnullorum sacræ Scripturæ locorum explicatio.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXI. *A.*

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur speculum Ecclesiæ in octo capitula distributum: primum est de Ecclesia & vestimentis Sacerdotum; secundum de dedicatione Ecclesiæ; tertium de officiis horarum; quartum de officio totius anni; quintum de ordinibus Clericorum; sextum de celebratione missæ; septimum de occultis Scripturarum; octavum de secretis supernis quæ hîc scire licet: authoris nomen non comparet.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Opus inscriptum: De regimine Sacerdotum & Clericorum; authoris nomen non comparet.

2.° Opusculum cujus titulus: Roma felix; est autem illud opusculum brevis descriptio urbis Romæ, inprimìs vero templorum Deo in hac urbe consecratorum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de scientia Sacerdotibus necessaria.

2.° Anonymi tractatus, cujus titulus est: ars, sive scientia benè & devotè moriendi.

3.° *Petri de Alliaco*, Cardinalis Cameracensis, expositio in septem psalmos pœnitentiales.

4.° Anonymi tractatus de rebus ad fidem & ad disciplinam pertinentibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDLXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de munditia & castitate Sacerdotum & aliorum altaris Ministrorum.

2.° Tractatus cujus titulus est: Stella Clericorum: authore *Laurentio de Dacia.*

3.° *Innocentii III.* libri tres de vilitate conditionis humanæ.

4.° Anonymi commentarius in orationem Dominicam.

5.° Ars clara & brevis ad faciendum sermones secundùm formam syllogisticam: per *Joannem Bassier*, Presbyterum diœcesis Eduensis.

6.° *Joannis Gerson* tractatus de pollutione nocturna.

7.° Excerpta è variis sancti Bernardi operibus.

8.° S. *Augustini* tractatus in psalmum centesimum vigesimum quartum.

9.° *Petri Damiani* epistola consolatoria ad G. nobilissimum virum.

10.° Sancti *Bernardi* sermo in Apostolos Petrum & Paulum.

11.° Meditatio sancti *Augustini*, peccatorem ad quærendum Deum invitantis.

12.° Sermones varii in Pentecosten.

13.° Narratio de translatione corporis sancti Stephani, Protomartyris, Bysantium.

14.° Versiculi Gallici, inscripti: Complaintes, doléances, avertissemens & priéres que font les trépassez aux vivans: & alii sub hoc titulo: Les protestations de S. Vincent, de l'ordre des Freres Prescheurs.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXV.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continetur *Leonis Joannis de Leonibus*, Perusini, flagellum malorum Pontificum: initium & finis desiderantur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDLXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Progymnaſmata typorum Veteris Inſtrumenti, tribus partibus digeſta; prima eſt de cærimoniis; ſecunda de moralibus præceptis; tertia de judiciis: authoris nomen non comparet.

2.° Enchiridion veri Præſulis ſecundùm Apoſtolicam Traditionem: authore anonymo.

Is codex ſæculo decimo ſexto videtur exaratus.

IIIM CDLXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guidonis de Monte-Rocherii* manipulus Sacerdotum: præfixa eſt authoris epiſtola ad Raymundum, Valentiæ Epiſcopum.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDLXVIII.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° *Guidonis de Monte-Rocherii* ad Raymundum, Valentiæ Epiſcopum, manipulus Curatorum: ad calcem accedunt nonnulla de dignitate & officio Sacerdotum.

2.° Eccleſiæ Trecenſis ſtatuta ſynodalia, Latino ſimul & Gallico idiomate.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus eſt.

IIIM CDLXIX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur *Guidonis de Monte-Rocherii* ad Raymundum, Valentiæ Epiſcopum, enchiridion Sacerdotum, ſive manipulus Curatorum.

Is codex decimo quarto ſæculo videtur exaratus.

IIIM CDLXIX. *A.*

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guidonis de Monte-Rocherii* manipulus Curatorum: præmittuntur excerpta de Patribus & canonibus, decreta concilii Claromontani ſub Urbano II. habiti; ad calcem verò ſubjicitur nota de poteſtate Summi Pontificis.

Is codex anno 1487. exaratus eſt.

IIIM CDLXX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Status controverſiæ inter Epiſcopum Chalcedonenſem & Regulares in Anglia; collectus ex epiſtola miſſa à Regularibus, in miſſione Anglicana exiſtentibus, ad ſuos confratres Religioſos in terris Catholicorum degentes, & eorumdem reſponſis.

2.° Epiſcopi Chalcedonenſis monita pro Sacerdotibus Angliæ.

3.° Synopſis libelli R. P. Rudeſindi, Præſidis Benedictinorum congregationis, ut vocant, Anglicanæ, ſcripti contra Epiſcopum Chalcedonenſem & Clerum Anglicanum, qui incipit: *Mandatum;* collectore C. R.

4.° *Franciſci Ciarpii* diſcurſus ſuper diſpenſatione matrimoniali.

5.° Univerſitatis Duacenſis judicium & animadverſiones in quartum votum Sanctimonialibus Carmelitanis à DD. de Berules propria authoritate invectum: ſubjicitur votum Gallico idiomate.

Is codex manu recentiore exaratus eſt.

IIIM CDLXXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur opuſculum, Superioribus ſocietatis Jeſu directum, de omnibus quæ circa ſpiritualem animarum curam ſunt neceſſaria iis qui in Miſſionibus verſantur.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Alphonſi Ciccarelli de Mevania* ad Guillelmum Sirletum, Patritium Stilenſem & S. R. E. Cardinalem, tractatus de origine, benedictione, conſecratione & virtutibus *Agnorum Dei.*

Is codex anno 1579. exaratus eſt.

IIIM CDLXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi,* Epiſcopi Pariſienſis, tractatus de ſeptem Sacramentis.

2.° Anonymi explicatio turris ſapientiæ turris fortitudinis: quo quidem in opere de virtutibus & de vitiis diſſeritur.

3.° Anonymi tractatus de ſituatione & ordinatione mundi: opuſculum ad mores informandos accommodatum.

4.° Summa de ætatibus: authore Fratre *Joanne de Utino,* ordinis Fratrum Minorum.

5.° Speculum Eccleſiæ: authore *Hugone de Sancto Victore.*

6.° Anonymi tractatus de ſumma pœnitentiæ: præmittuntur verſiculi de Confeſſoris officio.

7.° Anonymi summa de foro pœnitentiæ, brevis & utilis, & valdè necessaria, maximè Sacerdotibus super hoc notitiam non habentibus.

8.° Summa brevis, extracta à summa Fratris Raymundi, ordinis Prædicatorum, quando pœnitens debeat remitti ad Superiorem.

9.° Tractatus, qui meritò templum Dei nuncupatur, super vita hominum & maximè Clericorum, & ornamentis ecclesiasticis & cæteris aliis necessariis; à Magistro *Raymundo*, Episcopo Lingonensi, compositus.

10.° Sancti *Augustini* fragmentum de dignitate Sacerdotum.

11.° Utile dictamen, versibus scriptum, ad exhortandos Sacerdotes in bonis operibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDLXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi*, Episcopi Parisiensis, tractatus de septem Sacramentis.

2.° Speculum Ecclesiæ: authore *Hugone de Sancto Victore;* finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDLXXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur *Guillelmi de Monte Lauduno* ad carissimum filium Pontium de Villamuro sacramentale; sive liber de Sacramentis Ecclesiæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi disputationes theologicæ de septem Legis novæ Sacramentis, & de statu vitæ futuræ.

2.° Meditationes in aliquot capita Cantici canticorum: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDLXXVII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi summa de Sacramentis.

2.° Summa casuum conscientiæ.

3.° *Sidonii Apollinaris* epistolæ.

Hujusce codicis pars decimo tertio, pars duodecimo sæculo exarata videtur.

IIIM CDLXXVII. A.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Maldonati,* societatis Jesu, tractatus de Sacramentis in genere, & de singulis in specie: præmittitur ejusdem tractatus de præceptis, de consiliis & de Votis.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati,* societatis Jesu, tractatus de pœnitentia, in septem partes divisus: præmittitur capitum index.

2.° Ejusdem tractatus de Purgatorio.

3.° Ejusdem tractatus de Indulgentiis.

4.° Ejusdem tractatus de Extrema-unctione.

5.° Ejusdem tractatus de sacramento Ordinis.

6.° Ejusdem tractatus de Matrimonio.

7.° Ejusdem disputatio de fine mundi.

8.° Quæstio, an liceat Christiano fidem verbis solùm negare, cùm inter Hæreticos versatur, modò ne animus consentiat: authore D. *Huntero,* Scoto; finis desideratur.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IIIM CDLXXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur manuale Confessorum: authore anonymo; ad calcem subjiciuntur sermones varii.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Manuale Confessorum: authore anonymo.

2.° Anonymi dictamen ad exhortandos Sacerdotes in bonis operibus.

3.° Anonymi speculum Sacerdotum, versibus scriptum.

4.° *Alcuini* epistola ad Eulaliam.

5.° Sancti *Bernardi* meditationes.

6.° Anonymi tractatus de confessione, & de sacramento Altaris.

7.° *Petri de Alliaco,* Cardinalis Cameracensis, devota meditatio super psalmos pœnitentiales.

8.° Excerpta quædam de pœnitentia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDLXXXI.

IIIM CDLXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatus de pœnitentia & ejus fructibus, libris quindecim comprehensus: illud autem opus, ut ad hujus exemplaris calcem annotatum reperies, compilatum fuit per quemdam Fratrem de ordine Prædicatorum in provincia Lombardiæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi de Corpore & Sanguine Domini libri duo: singulis autem libris præmittitur capitum index.

2.° Anonymi tractatus de creatione, in quo multa ad matrimonium spectantia.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXXII. A.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, tractatus de Eucharistia: initium desideratur.

Is codex anno 1568. exaratus est.

IIIM CDLXXXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Christophori Cabreræ*, Presbyteri, ad Ludovicum Blanchetum, Magistrum cameræ Gregorii XIII. memoriale de excellentia & mirabilibus sacramenti Eucharistiæ.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXXIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur anonymi de Eucharistia & pœnitentia controversiæ novem.

Is codex anno 1646. exaratus est.

IIIM CDLXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur veterum authorum fragmenta de Eucharistiæ sacramento.

Is codex anno 1601. exaratus est.

IIIM CDLXXXVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Martini Fornarii*, Brundusini, societatis Jesu Theologi, tractatus de Censuris.

2.° Ejusdem tractatus de simonia.

3.° Ejusdem tractatus de tribus Ecclesiæ præceptis, missæ audiendæ scilicet, jejunii & Decimarum.

4.° Ejusdem tractatus de Indulgentiis.

5.° Ejusdem tractatus de restitutione.

Is codex anno 1610. exaratus est.

MORALES.

IIIM CDLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Magistri *Petri*, Cantoris Parisiensis, verbum abbreviatum; sive Ethica contra superfluitatem glossarum & inutilium expositionum, libris quinque comprehensa: sub finem quædam desiderantur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM CDLXXXVII. A.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Petri*, Cantoris Parisiensis, verbum abbreviatum.

2.° *Innocentii* Papæ III. de contemptu mundi.

3.° *Hugonis*, Minoritæ, Mariale, sive sermones de festis Deiparæ.

4.° Anonymi sermones varii de tempore.

5.° *Rabentini Guidonis* epistola de Damietæ expugnatione.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXXVII. B.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur *Petri*, Cantoris Parisiensis, verbum abbreviatum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continetur *Joannis Gallensis*, ordinis Fratrum Minorum, summa collationum de regimine vitæ humanæ, septem partibus distincta.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Jacobi Magni*, ordinis Eremitarum sancti Augustini, ad Michaëlem, Altissiodorensem Episcopum, sophilogium in decem libros tributum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Fratris *Roberti,* Episcopi Senecensis, Magistri in theologia, ordinis Prædicatorum, speculum morale regium, ad honorem domini Regis Francorum Caroli.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXCI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Guidonis Vincentii,* Ferrariensis Episcopi, ad Clementem V. Papam sacræ Scripturæ margarita; sive memoriale divinorum eloquiorum, versibus scriptum.

2.° Computus ecclesiasticus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXCII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur *Petri de Rosentheim,* Monachi, roseum memoriale divinorum eloquiorum, Cardinali sancti Clementis, Episcopo Convenarum, qui anno 1374. supremum diem Avenione obiit, nuncupatum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXCIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Opus cujus titulus est: Liber de exemplis sacræ Scripturæ, compositus à Fratre *Nicolao de Hanap,* ordinis Prædicatorum, Patriarcha Hierosolymitano: præmittitur dieta salutis: authore *Guillelmo de Lavicea,* ordinis Fratrum Minorum.

2.° Anonymi liber inscriptus: Oculus moralis.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur distinctiones exemplorum Veteris & Novi Testamenti, à Fratre *Bernardo de Senis,* ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, anno 1386. collectæ ad postulationem Fratris Simonis Petri, ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmeli.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Quorumdam Scripturæ sacræ locorum explicatio ad morum doctrinam accommodata: initium & nomen authoris desiderantur.

2.° Sermo ad Presbyteros in synodo, secundùm Magistrum *H.*

3.° Anonymi sermo in Purificationem beatæ Mariæ Virginis.

4.° Anonymi explicationes allegoricæ in evangelicam historiam.

5.° Allegoriæ in Vetus Testamentum.

6.° Anonymi tractatus de pœnitentia.

7.° Anonymi quæstiones theologicæ præsertim circa Sacramenta.

8.° Sermones varii.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber de oculo morali: authore *Petro de la Sepieyra,* Lemovicensi, sacræ theologiæ Magistro.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM CDXCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus inscriptus: Lumen animæ; ibi de rebus ad morum doctrinam & physicam pertinentibus disseritur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM CDXCVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Loci communes ad morum doctrinam accommodati.

2.° Anonymi sermones in dies Dominicos, aliasque totius anni festivitates.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM CDXCIX.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi opusculum de vera religione.

2.° Liber qui dicitur stimulus amoris: ibi de contemplatione potissimùm disseritur.

3.° Horologium æternæ sapientiæ: authore anonymo.

4.° *Isidori,* Hispalensis, synonyma.

5.° Sancti *Anselmi* meditationes.

6.° Nonnullæ piæ orationes.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM D.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continentur divi Thomæ tractatus de legibus, de præceptis cæremonialibus & judicialibus, de gratia, & de libero arbitrio, in epitomen ab anonymo contracti.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Gersonis,* Cancellarii Parisiensis, tractatus de decem præceptis, de confessionibus, & de bono modo moriendi; editus in concilio Constantiensi anno 1416.

2.° *Petri de Alliaco,* Cardinalis Cameracensis, expositio septem psalmorum pœnitentialium, edita Constantiæ anno 1417.

3.° Bonne & brieve doctrine és simples gens qui ont charge d'ames.

4.° Anonymi meditatio de vita Domini nostri Jesu Christi, & de compassione semper Virginis Mariæ.

5.° Anonymi libellus de modo proficiendi.

6.° Varia monita spiritualia, è Patrum operibus excerpta.

7.° Doctrine chrestienne.

8.° La science de bien mourir.

9.° Regula Fratrum Minorum.

10.° Varii exorcismi & conjurationes.

11.° Sancti *Augustini* manuale.

12.° Missa de quinque plagis Domini nostri Jesu Christi.

13.° Missa Nominis Domini nostri Jesu Christi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Jacobi Tyrii,* societatis Jesu, disputatio de præceptis Decalogi.

2.° Ejusdem disputatio de præceptis Ecclesiæ.

3.° Ejusdem disputatio de voto.

4.° Ejusdem disputatio de Censuris ecclesiasticis.

5.° Ejusdem disputatio de irregularitate.

6.° Ejusdem tractatus de sacrificio missæ.

7.° Ejusdem disputatio de pœnitentia: ad calcem voluminis rerum index subjicitur.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM DIII.

Codex membranaceus, quo continetur anonymi tractatus de amore Dei & proximi.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DVI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Gobii,* ordinis Fratrum Prædicatorum, tractatus inscriptus: Scala cœli; est autem summa de virtutibus & vitiis.

2.° *Clementis VIII.* Papæ, bulla de Indulgentiis jubilæi.

Is codex manu Fratris Guillelmi de Mailliaco anno Domini 1401. exaratus est.

IIIM DVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatus inscriptus flos summarum, sive summa virtutum & vitiorum.

Ad hujusce codicis, sæculo, ut videtur, decimo quarto exarati, calcem hæc leguntur: *Explicit summa super virtutes & vitia noviter composita à Fratribus sancti Jacob, quæ dicitur flos summarum.*

IIIM DVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi summa de virtutibus & vitiis.

2.° S. *Hieronymi* liber de viris illustribus.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DVIII. A.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi summa de virtutibus & vitiis.

2.° Anonymi liber de vita Christi.

3.° Recollectio annorum ab initio mundi ad annum 1467.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DIX.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur capitula centum triginta duo de virtutibus & vitiis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DX.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continentur:

1.° Capitula centum quinquaginta septem de virtutibus & vitiis, è Scripturis & sanctorum Patrum scriptis petita.

2.° *Jacobi de Voragine* legendæ aureæ pars fermè quarta, à sancto Leonardo scilicet usque ad finem anni ecclesiastici.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus, cujus titulus est: Viridarium consolationis; in eo autem opere de vitiis & virtutibus differitur: præmittitur index capitum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXII.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur anonymi tractatus theologicus, tribus constans partibus; prima est de virtutibus theologicis; secunda de Sacramentis; tertia de Justificatione.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IIIM DXIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur opusculum cujus is est titulus: Liber de fide & operibus, cui nomen *Consiliarius* imponi placuit; observandum autem est hujus voluminis tegmini appositum fuisse matrimonii contractûs Pontium inter & Aimerudim instrumentum, anno 1078. signatum.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus, cujus is est titulus: Celestinus liber de caritate: præmittuntur index capitulorum & præfatio.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DXV.

Codex membranaceus, quo continetur *Guillelmi Peralti* summa de septem vitiis capitalibus, illorumque remediis: præfixus capitulorum index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi Peralti* summa de septem vitiis capitalibus, illorumque remediis: præfixus capitulorum index.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DXVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur:

1.° *Alani Insulensis* liber de planctu naturæ, prosa & carmine, contra Sodomiæ crimen.

2.° Ejusdem Anticlaudianus.

Is codex anno 1274. exaratus est.

IIIM DXVIII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur *Raymundi de Pennaforti*, ordinis Prædicatorum, summa de casibus conscientiæ, tribus libris comprehensa.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Raymundi de Pennaforti*, ordinis Prædicatorum, summa de casibus conscientiæ.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DXX.

Codex membranaceus, quo continetur *Raymundi de Pennaforti*, ordinis Prædicatorum, summa de casibus conscientiæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continetur *Raymundi de Pennaforti* summa de casibus conscientiæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Raymundi de Pennaforti* summa de casibus conscientiæ: initium desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXII. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Summa Raymundi de casibus conscientiæ abbreviata, secundùm Magistrum *Willermum*.

2.° Anonymi epistola de Regina Sabæ.

3.° Prophetiæ Merlini de regibus Britonum, cum præfatione & commentario *Gaufridi*, Monemutensis.

4.° Fragmentum de mysterio sacramenti Altaris.

5.° Sancti *Hieronymi* epistola ad Heliodorum & Chromatium de ortu beatæ Mariæ Virginis.

6.° *Melitonis*, Episcopi Sardiniensis, sive potiùs Sardensis, epistola de Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

7.° Remedia adversùs dolorem dentium & tussim : Gallico idiomate.

8.° Anonymi sermones duo.

9.° Sancti *Clementis*, Papæ, epistola de vita sua.

10.° Anonymi libellus de prævaricatione Salomonis, & de ejus pœnitentia.

11.° *Ignatii*, Episcopi Antiocheni, epistola ad Mariam Christiferam : sequitur hujus responsum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Bartholomæi de S. Concordia*, Pisani, ordinis Prædicatorum, magistruccia, sive summa de casibus conscientiæ, juxta litterarum alphabeti seriem digesta.

Is codex anno 1458. exaratus est.

IIIM DXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur summa de casibus conscientiæ abbreviata per Magistrum *Liccam*, & de apparatu ejusdem per Magistrum *Villermum*.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DXXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur speculum animæ, sive summa de casibus conscientiæ, ordine alphabetico distributa : authore *Antonio de Bitonton*, Franciscano; ad calcem subjicitur evangeliorum & epistolarum, quæ per annum leguntur, tabula.

Is codex anno 1460. exaratus est.

IIIM DXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Jacobi Tyrii*, societatis Jesu Doctoris Theologi, annotationes de casibus conscientiæ.

Is codex Parisiis in collegio Claromontano anno 1579. dictatus dicitur.

IIIM DXXVII.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Jacobi Tyrii*, Scoti, societatis Jesu, dictata in casus conscientiæ : accedunt tractatus de præceptis Ecclesiæ & de Voto.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° Anonymi tractatus de casibus conscientiæ.

2.° Expositio in varias partes missæ.

3.° Liber de pœnitentia, multùm utilis Curatis & Beneficiatis populum habentibus.

4.° Expositio in orationem Dominicam.

5.° Tabula veræ fidei.

6.° Sancti *Augustini* tabula de dignitate Sacerdotum.

7.° Miscellanea theologica.

8.° Ballade Françoise d'un amant à sa maîtresse; autre ballade, qui est la réponse de la maîtresse à son amant.

9.° Magistri *Arnaldi de Villanova* thesaurus pauperum.

10.° Bonne & briefve doctrine aux simples qui ont charge d'ame.

11.° Vers à la louange de Nostre-Dame.

12.° Le livre des propriétez des eaux & des herbes.

13.° Différentes recettes pour les maladies.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continetur Magistri *Roberti de Flainesbure*, Canonici Sancti Victoris Parisiensis, pœnitentiale in quinque libros divisum : quinti finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DXXIX. A.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° Summa de pœnitentia & ejus speciebus, ad instructionem Sacerdotum : authore Magistro *de Cabbaham*, Subdecano Sarisberiensi.

2.° Varia exempla ad morum doctrinam pertinentia.

3.° Collectio sententiarum moralium.

4.° Sermones nonnulli.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXX.

Codex membranaceus, quo continetur summa pœnitentialis Sacerdotibus utilis: authore anonymo.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tractatus in quo de pœnitentia, de fide, de charitate, de jejunio, de eleemosyna & de patientia differitur: initium & nomen authoris desiderantur.

2.° *Richardus*, Abbas, de commemoratione defunctorum, vel de missa pro eis; & cur tertius, septimus, vel tricesimus aut anniversarius dies celebrentur.

3.° *Haimonis*, Episcopi Halberstadiensis, expositio in Apocalypsim.

4.° Canticum canticorum; passim inter lineas glossæ: conjecta sunt prætereà ad marginem scholia.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXXII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Manuale Confessorum è summa Raymundi maximam partem excerptum: authore anonymo.

2.° Ejusdem confessionale, sive tractatus de instructione Confessorum: accedit index manualis Confessorum alphabeticus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur opus inscriptum: Institutiones Confessarii, hoc sæculo Sacerdotibus, quibus animarum cura incumbit, usui futuræ: per *Julium Brifcianensem*, ex societate Jesu, celebris & catholicæ Academiæ Dilinganæ Cancellarium, traditæ anno 1586.

IIIM DXXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi opusculum de confessione, qualiter facienda sit.

2.° Anonymi tractatus de absolutionibus.

3.° Anonymi tractatus de pœnitentia, & de rebus ad pœnitentiam pertinentibus.

4.° Magistri *Arnaldi Terrerii*, Doctoris Decretorum, quæstiones circa confessionem, Avenione factæ & compilatæ.

5.° Anonymi tractatus de septem Ecclesiæ Sacramentis.

6.° Casus principales & Episcopales, & alii communes.

7.° Anonymi tractatus de virtutibus.

8.° Anonymi tractatus cujus titulus est: Viridarium consolationis; ibi de vitiis & virtutibus differitur.

9.° Miscellanea theologica.

10.° Casus dubitabiles circa sacramentum Eucharistiæ.

11.° Casus contingentes circa sacramentum Pœnitentiæ.

12.° Excerpta è Scriptura sacra, item è sanctis Patribus Cypriano, Hieronymo & Gregorio Papa.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXXV.

Codex membranaceus, olim S. Martialis Lemovicensis. Ibi continentur variorum de theologia morali tractatuum fragmenta: initio codicis occurrunt folia duo in quibus mentio fit Juramni Episcopi, Marcellini Sacerdotis, & Felicii Monachi, qui ex aliis regionibus appulere ad portum Agolinsem, situm in pago Alniensi, Gallicè *païs d'Aunis;* fit quoque mentio Saracenorum imperante Pipino Rege interfectorum: utrumque folium duodecimo sæculo scriptum est.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

ORATORES SACRI.

IIIM DXXXVI.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi expositio in symbolum Apostolorum.

2.° Anonymi sermo de passione Domini.

3.° Poëma Gallicum de eodem argumento: authoris nomen non comparet.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Petri Lombardi* sermones varii.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Philiberti

de la Mare. Ibi continetur summa sermonum Magistri *Guidonis,* Lugdunensis, de ordine Prædicatorum, quam scripsit Haimo de Megneio, Curatus de Mericuria, anno Domini 1283.

III M DXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Fratris *Gilberti de Tornaco* sermones de Sanctis per annum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

III M DXL.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Jacobi de Voragine* sermones de Sanctis & de Dominicis totius anni: præfixus index rerum alphabeticus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

III M DXLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Jacobi de Voragine* sermones.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

III M DXLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Antonii Botontini* postilla in epistolas feriales & dominicales Quadragesimæ secundùm ordinem Ecclesiæ Romanæ: præmittitur epistola nuncupatoria ad illustrissimum & religiosum Principem dominum Franciscum de Bancio, Andriæ Ducem.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

III M DXLIII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur Cancellarii Parisiensis, fortasse *Philippi,* sermones.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

III M DXLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Cancellarii Parisiensis sermones festivales.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

III M DXLV.

Codex membranaceus, olim Philippi Droüin. Ibi continentur Cancellarii Parisiensis sermones varii.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

III M DXLVI.

Codex chartaceus, olim Mentellianus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Brevis-coxæ,* Cenomanensis, Doctoris Parisiensis, sermones duo de adventu Domini, alius Gallico, alius Latino idiomate conscriptus.

2.° Ejusdem sermo de Nativitate Domini, coram Rege: Gallicè.

3.° Ejusdem sermo Gallicus in processione generali facta in ecclesia Parisiensi die festo sancti Vincentii, ex ordinatione dominorum Decani & capituli Parisiensis.

4.° Ejusdem collationes duæ de festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis.

5.° Ejusdem sermo Gallicus de resurrectione Domini.

6.° Ejusdem sermo Gallicus in Pentecosten.

7.° Ejusdem sermo Gallicus de Trinitate.

8.° Ejusdem sermones duo de festo Corporis Christi; alter Latinè, alter Gallicè scriptus: hujus finis desideratur.

9.° Ejusdem sermo Gallicus in festo omnium Sanctorum.

10.° Ejusdem sermo de beato Ludovico, Marcilliensi.

11.° Ejusdem sermones tres de beato Ludovico, Rege Franciæ.

12.° Ejusdem sermo Gallicus in ecclesia sancti Juliani Cenomanensis dictus die qua Ludovicus Rex Siciliæ obtulit eidem ecclesiæ jocale quod fieri & ibi offerri ordinaverat domina Regina mater ejus.

13.° Ejusdem collatio coram dominis Cardinalibus facta de electione Summi Pontificis.

14.° Arenga in adventu cujusdam Cardinalis.

15.° Ejusdem quædam propositio & exhortatio, Gallico idiomate, in præsentia Regis Caroli VI. facta pro parte Universitatis, ac Præpositi & civium Parisiensium, ut cunctæ ordinationes tunc noviter factæ servarentur.

16.° *Nicolai de Clamengiis* ad Principes epistola, ut eos à bello civili meditando dehortetur: sub finem desunt nonnulla.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

III M DXLVI. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Richardi de Bretis* distinctiones sanctorales, sive sermones de Sanctis.

2.° Anonymi sermones de tempore.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXLVI. B.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sermones de Dominicis & festis, habiti Lutetiæ Parisiorum in conventu ad Fratres; item Caturci & Avenione in domo Cardinalis de Monte-faventio ad Clerum: authore quodam Fratre ordinis Minorum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXLVI. C.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur sermones de Dominicis & festis: authore quodam Fratre ordinis Prædicatorum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXLVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Hieronymi Savonarolæ* sermo de pace supernæ civitatis.

2.° Ejusdem sermo de admiratione omnium Sanctorum, ac de divini verbi per sensum visûs, auditûs & gustûs, cognitione.

3.° Ejusdem sermo de celsitudine verbi Dei per sensum tactûs.

4.° Ejusdem sermo de verbo vitæ, seu de vita æterna.

5.° Ejusdem sermo de vera vita manifestata, & de modo assequendi eam.

6.° Ejusdem sermo de æternitate vitæ beatæ.

7.° Ejusdem sermo de caritate puri cordis, & sollicitudine caritatis, & dulcedine exhortationis beati Joannis.

8.° Ejusdem sermo de auditu missæ: in hoc sermone agitur de directione intentionis, & de compositione corporis in missa.

9.° Ejusdem sermo de eodem argumento.

10.° Ejusdem sermo de mysteriis missæ: ibi de mentis compositione, seu de oratione & contemplatione habenda in missa.

11.° Ejusdem sermo de eodem argumento.

12.° Ejusdem sermo de excellentia Verbi incarnati & nati, per comparationem ad lucem.

13.° Ejusdem sermo de loco in quo se collocavit Verbum natum; ac de gaudiis beatæ Mariæ Virginis in partu.

14.° Ejusdem sermo de eodem argumento.

15.° Ejusdem sermo de sacro Nomine Jesu.

16.° Ejusdem sermo de veneratione, suavitate & virtute sacri Nominis Jesu.

17.° Ejusdem sermo super evangelio quod legitur in Epiphania.

18.° Ejusdem sermo de virtute & potentia sacri Nominis Jesu.

19.° Ejusdem sermo de conditionibus amoris Christi Jesu: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM DXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai Ellenbogii* sermo de muliere forti, ad laudem S. Felicitatis, Martyris.

2.° Ejusdem sermo ad laudem septem fratrum filiorum sanctæ Felicitatis, excerptus partim ex Chrysostomo, partim ex Gregorio Nazianzeno de Machabæis.

3.° Ejusdem adclamatio animarum in Purgatorio, adversùs negantes Purgatorium.

4.° Ejusdem oratio in laudem septem Fratrum.

5.° Idem de palla S. Alexandri.

6.° Ejusdem oratio in laudem gloriosissimi Martyris Theodori.

7.° Vituli monachilis Lutheri confutatio, pro monasticæ vitæ defensione: authore *Ellenbogio*.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

IIIM DXLVIII. A.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur Fratris *Nicolai Ellenbogii* enarrationes in passionem Salvatoris nostri Jesu Christi.

Is codex anno 1535. exaratus est.

IIIM DXLVIII. B.

Codex membranaceus, olim Sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur.

1.° Anonymi sermones in varia Scripturæ loca.

2.° Anonymi sermones variis de festis: lingua Lemovicina.

3.° Fragmenta ad theologiam pertinentia.

4.° Præcepta moralia: lingua vulgari Lemovicina.

5.° Libellus salutis: lingua Lemovicina.

6.° Fragmenta sermonum.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM DXLIX.

Codex membranaceus, olim ſancti Martialis Lemovicenſis. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſermones varii.

2.° S. Cypriani miſſa nuptialis, à Rabano Mauro ad Lotharium Regem miſſa.

3.° Speculum Eccleſiæ.

4.° Fragmenta, ubi varia Scripturæ ſacræ loca explicantur.

5.° Theophili pœnitentis hiſtoria.

6.° Hiſtoria alia è Sulpitii Severi & Gregorii Papæ ſcriptis collecta.

7.° Fragmenta, ubi de rebus theologicis.

8.° Verſus *Hincmari* ad morum doctrinam pertinentes.

9.° Fragmentum tractatûs *Hugonis de Bonavalle.*

10.° Proſæ variæ, cum notis muſicis.

Hujuſce codicis pars decimo tertio, pars decimo quarto ſæculo videtur exarata.

IIIM DL.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Anonymi ſermo de Aſſumptione B. Mariæ Virginis.

2.° *Calixti II.* Papæ, liber de tranſlatione corporis ſancti Jacobi Apoſtoli.

3.° Paſſio ſancti Eutropii, Epiſcopi Santonenſis: eodem authore.

4.° Geſta Caroli Magni: authore *Turpino,* Remenſi Archiepiſcopo.

5.° *Aimerici Picaudi de Partuniaco* verſus rythmici de ſancto Jacobo Apoſtolo.

6.° *Calixti,* Papæ, rythmus de eodem.

7.° *Fortunati,* Pictavienſis Epiſcopi, verſus de ejuſdem laudibus.

8.° *Hildeberti* rythmus ad beatam Mariam Virginem.

9.° *Innocentii III.* bulla eo fine data ut ſuprà dicta omnia authentica habeantur.

10.° Vita Amici & Amelii.

Is codex decimo tertio ſæculo videtur exaratus.

IIIM DLI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur anonymi ad Monachos exhortationes de vitæ ſolitariæ inſtitutis.

Is codex decimo tertio ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones in dies Dominicos, & alias totius anni feſtivitates.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones in dies Dominicos, aliaſque totius anni feſtivitates: initio voluminis occurrunt folia duo de rebus ad dialecticam pertinentibus.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones in dies Dominicos, aliaſque totius anni feſtivitates.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones in dies Dominicos totius anni, & in pleroſque dies feſtos Sanctorum; quibus inſerta ſunt varia miracula ex libris dialogorum S. Gregorii, Papæ, collecta.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones ad ſingulos totius anni dies feſtos accommodati.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones in dies Dominicos & in varias totius anni feſtivitates: finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones in dies Dominicos, & in varias totius anni feſtivitates: finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones ad dies feſtos totius anni accommodati.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLX.

Codex membranaceus, primùm ſancti Nazarii Carcaſſonenſis, poſteà Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones ad

ſingulos totius anni dies feſtos accommodati.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones de Dominicis.

Is codex ſæculo decimo quarto videtur exaratus.

IIIM DLXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones varii de Dominicis & feſtis totius anni.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſermones varii.

2.° *Bedæ* tractatus de quadrifario opere Dei.

3.° Anonymi expoſitio in evangelii ſecundùm Joannem initium.

4.° Anonymi ſermones varii.

5.° *Preſbyteri Joannis* epiſtola ad Manuëlem, Imperatorem Romanorum.

6.° Sancti *Anſelmi,* Archiepiſcopi Cantuarienſis, elucidarius.

7.° Anonymi ſermo in ſynodo habitus.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſermones varii.

2.° *Arnaldi,* Carnotenſis, Abbatis Bonævallenſis, ſermones de ſeptem verbis Domini in cruce.

3.° Ordo & explicatio divinorum officiorum: authoris nomen non comparet.

4.° Anonymi ſermo ad Sacerdotes de dignitate hominis.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſermones varii.

2.° Anonymi tractatus de matrimonio.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXVI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur anonymi ſermones varii.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXVII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſermones varii.

2.° Anonymi ſumma virtutum & vitiorum.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXVIII.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſermones varii.

2.° Anonymi liber de ſeptem Sacramentis.

3.° Summa pœnitentiæ edita à Magiſtro *Franciſco,* quondam Cancellario Pariſienſi.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXIX.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur variorum ſermonum collectio.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones varii; præmittitur hiſtoriarum Veteris & Novi Teſtamenti myſtica explicatio, cujus initium deſideratur.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXXI.

Codex membranaceus, quo continentur anonymi ſermones de tempore & de Sanctis.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXXII.

Codex membranaceus, olim ſancti Martialis Lemovicenſis. Ibi continentur:

1.° Anonymi ſermones varii.

2.° Anonymi tractatus de rebus ad logicam pertinentibus.

3.° Quæſtiones variæ theologicæ.

4.° Anonymi tractatus quo varia Scripturæ loca exponuntur.

5.° Expoſitio cæremoniarum miſſæ.

6.° Miſcellanea theologica.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones in dies Dominicos, aliaſque totius anni feſtivitates.

Is codex decimo quarto ſæculo videtur exaratus.

IIIM DLXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones de feſtis Sanctorum.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones ad ſingulos anni totius dies feſtos accommodati: conjecta paſſim ad marginem ſcholia.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi ſermones ad ſingulos totius anni dies feſtos accommodati: finis deſideratur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Anonymi ſermones duo in omnes Sanctos: præmittuntur ſententiæ morales.

2.° Anonymi queſtiones de ſeptem Sacramentis.

3.° Nonnulla ad rubricas eccleſiaſticas pertinentia.

4.° *Joannis de Abbatis-villa* ſumma de epiſtolis & evangeliis Dominicarum totius anni.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXVIII.

Codex membranaceus, quo continentur anonymi varii ſermones.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXIX.

Codex membranaceus, quo continetur ſpeculum Concionatorum de doctrina cordis: authore *Gerardo Leodienſi*, ordinis Prædicatorum.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, quo continentur:

1.° Sermonum de tempore & de Sanctis ſpecimen quoddam, ad uſum Concionatorum accommodatum: initium deſideratur.

2.° Fragmenta hiſtorica è quibus elicitur rectæ vitæ inſtitutio.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Oratio Magiſtri *Joannis Nannis*, ordinis Prædicatorum, de futuris Chriſtianorum triumphis in Turcos & Saracenos; ad beatiſſimum Pontificem Maximum Sixtum, & Reges, Principes & Senatus Chriſtianos.

2.° *Apuleii* liber de Deo Socratis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

ASCETICI.

IIIM DLXXXII.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continetur anonymi tractatus aſceticus, viginti libris conſtans: præfixus capitum index generalis.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur liber qui pharetra dicitur: eſt autem tractatus aſceticus de vitiis & virtutibus, in quatuor partes diſtributus; in quibuſdam codicibus ſancto *Bonaventuræ* tribuitur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur Magiſtri *Theodorici* de ſeptem diebus libri duo: finis deſideratur.

Is codex ſæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM DLXXXV.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur *Thomæ Cantipratenſis*, ordinis Prædicatorum, tractatus moralis, cujus titulus: Univerſale bonum de apibus, ſive de Prælatorum & ſubditorum officiis.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur tractatus cujus

titulus: Universale bonum de apibus; authoris nomen non comparet; is autem est *Thomas Cantipratensis,* ordinis Prædicatorum, qui hoc suum opus Humberto (sic in nostro exemplari) ejusdem ordinis Præfecto nuncupavit.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Vita Christi: authore *Ludolpho de Saxonia,* Carthusiano: subjectus capitum index.

2.° Vita beatæ Mariæ Virginis; carmen.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXXVIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Vallensis* ordinarium, sive alphabetum vitæ religiosæ, tribus partibus constans; prima dicitur diarium, secunda locarium, tertia itinerarium.

2.° Paradisus de vitis sanctorum Patrum: authore *Paschasio,* Diacono.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Hugonis de Miromari* ad Guillelmum Montis-rivi Monachum tractatus de antonomasia & mysterio numeri quaternarii.

2.° Apocalypsis cum glossis interlinearibus & notis ad marginem, quarum author *Anselmus,* Laudunensis Episcopus: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXC.

Codex chartaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur testamenta Patriarcharum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DXCI.

Codex membranaceus, olim Melchisedeci Thevenotii. Ibi continentur:

1.° Liber de imitatione Christi, sive admonitiones ad spiritualem vitam: authoris nomen non comparet.

2.° Devotus libellus de paupertate, humilitate & patientia.

3.° Meditationes domni *Guigonis,* quinti Prioris quondam Carthusiensis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXCII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Liber primus de imitatione Christi: authoris nomen non comparet.

2.° Anonymi liber de scientia vivendi & de arte moriendi.

3.° Carmen rythmicum de contemptu mundi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DXCIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Donatus devotionis cum quatuor conjugationibus de regula benè vivere volentium: ibi verò tot partes in devotione distinguuntur, quot Donatus Grammaticus distinxit in oratione; unde libellum hunc suum author anonymus Donati nomine appellavit.

2.° Liber de consideratione novissimorum: authore anonymo.

Is codex anno 1443. exaratus est.

IIIM DXCIV.

Codex chartaceus, quo continetur Donatus devotionis: pars prima desideratur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DXCV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Joachimus,* Abbas, de oneribus Prophetarum.

2.° Ejusdem notabilia.

3.° Ejusdem sigilla.

4.° Imperialis scriptura ab Erythrea Babylonica Chaldaïco sermone conscripta, & ab *Eugenio,* Siciliæ Rege, Latinè conversa.

5.° Breve chronicum rerum Romanarum, à Jano ad Augustum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DXCVI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur liber cujus titulus: Morale somnium Pharaonis, ad excellentem Principem dominum Theobaldum, Regem Navarræ, inclitum Campaniæ ac Briæ Comitem Palatinum: authore *Joanne Lemovicensi.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DXCVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Cæsarii,* ordinis Cisterciensis, dialogorum libri duodecim de miraculis, visionibus & exemplis suæ ætatis, Monachorum præsertim ac Monialium ordinis Cisterciensis in Germania: quinque postremi dialogi desiderantur.

2.° *Eulaliæ,* Sanctimonialis, visio.

3.° Plures S. *Elizabethæ Schaunaugiensis* visiones, Gallico idiomate conscriptæ.

Is codex anno 1461. exaratus est.

IIIM DXCVIII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur Fratris *Joannis de Rupe-scissa,* ordinis Fratrum Minorum, visiones: opus in carcere scriptum anno Domini 1345. præmittitur epistola nuncupatoria ad reverendum in Christo patrem & dominum Guillelmum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem titulo quatuor Coronatorum; accedit ad calcem prædictio de Carolo Francorum Rege: is autem Carolus Rex Francorum, videtur esse Carolus VII. ut legenti patebit.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DXCIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber de conformitatibus beati Francisci: præmittitur dissertatio de eo quod non liceat Religiosis & Monachis aliquid habere proprium.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DC.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Fratris *Guidonis,* Episcopi Majoricensis, tractatus de vitæ perfectione, in tres partes divisus: initium desideratur.

Is codex anno 1323. exaratus est.

IIIM DCI.

Codex chartaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus cujus titulus: Eruditio religiosorum hominum, & aliorum qui volunt habere Dei misericordiam.

2.° Septimum capitulum tertii libri de vita Christi & de Prælatis ambitiosis, sive quibuscumque beneficiatis, officiariis & subditis qui ad honores mundanos minùs justè anhelant; quod si perlegerint, videbunt foveam in quam cadunt, & utinam caveant.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus, cujus is est titulus: liber sanctissimæ perfectionis & veræ paupertatis & abjectionis, ad Solitarios.

2.° Expositio orationis Dominicæ: authore Fratre *Guillelmo,* Monacho Hylacensi.

Is codex anno 1471. exaratus est.

IIIM DCIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Horologium æternæ sapientiæ: authore anonymo; ad calcem subjicitur cursus & officium de æterna sapientia.

2.° Sancti *Anselmi,* Cantuariensis, meditatio de timore Dei.

3.° Selecta è SS. Augustini & Bernardi operibus de meditatione novissimorum.

4.° *Walteri de Hiltone* tractatus de remediis contra tentationes & tribulationes carnis: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur horologium sapientiæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus asceticus, qui dicitur oculus moralis.

2.° Sancti *Ambrosii* meditatio de beneficiis Dei.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur anonymi tractatus asceticus è Scripturis & sanctorum Patrum scriptis concinnatus.

Is codex anno 1460. exaratus est.

IIIM DCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Albertani,* Causidici Brixiensis, de doctrina dicendi atque tacendi liber, anno 1245. editus.

2.° Ejusdem liber consolationis & consilii, editus anno 1246.

3.° Ejusdem libri tres de amore & dilectione Dei & proximi & aliarum rerum, & de forma vitæ; quos scripsit cùm esset in carcere domini Imperatoris Friderici in civitate Cremonensi.

4.° Ejusdem sermones aliquot.

5.° Commentum beati *Isidori* ad inveniendam vitam beatam.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is est titulus: Tractatus de vita militis Christiani ejusque conversatione, & de bellis, ut ad gloriam valeat pervenire: authore *Laurentio* quodam.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Bernardi de Trilia,* ordinis Prædicatorum, quæstiones octodecim de cognitione animæ conjunctæ corpori.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCIX. *A.*

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatus per modum dialogi de anima & homine: sancto *Bonaventuræ* tribuitur.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCIX. *B.*

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Gerson,* Cancellarii Parisiensis, opusculum triplex de nobilitate animæ: subjicitur Caroli VII. ad Papam epistola de Comitum Lugdunensium nobilitate.

2.° *Flavii Vegetii* de re militari epitome.

3.° *Poggii,* Florentini, ad Franciscum Barbarum quæstio convivalis in avaritiam.

4.° Anonymi cordiale de quatuor novissimis.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatus de nobilitate animæ: authore *Waltero Hiltonensi.*

Is codex anno 1529. exaratus est.

IIIM DCXI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Innocentii III.* Papæ, tractatus de miseria conditionis humanæ: initium desideratur.

2.° Ejusdem liber de officio missæ secundùm consuetudinem sedis Apostolicæ.

3.° Sancti *Anselmi,* Cantuariensis Archiepiscopi, monologion.

4.° Ejusdem proslogion.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCXII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Innocentii* Papæ III. de contemptu mundi, seu de miseria hominis libri tres.

2.° Anonymus de iis quæ completa fuerunt in Christo.

3.° *Bedæ,* Presbyteri, liber scintillarum: accedunt ad calcem fragmenta sermonum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur *Innocentii* Papæ III. de contemptu mundi, sive de miseria hominis libri tres.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCXIII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Innocentii* Papæ III. libri tres de miseria hominis.

2.° *Petri de Alliaco* meditationes in psalmos pœnitentiales.

3.° Ejusdem exercitatio in psalmum: *In te, Domine, speravi.*

4.° *Alberti Magni* tractatus de arte benè moriendi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri Seguier* epitome de sui cognitione.

Is codex Lutetiæ anno Christi 1580. exaratus est.

IIIM DCXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur Alphonsinus de vita &

moribus hominum: authore *Michaële de Scriverio,* Panormitano, ordinis Eremitarum sancti Augustini.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXVI.

Codex chartaceus, quo continetur consolatio peccatorum; sive dialogus & disputatio Ecclesiæ Christi & synagogæ Satanæ, atque actio causidica Deum inter & Diabolum, judice Salomone: author est *Jacobus de Theramo,* Archidiaconus Aversanus & Canonicus Aprutinus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Jacobi de Theramo,* Summi Pontificis Cubicularii, liber inscriptus: Consolatio peccatorum; folium primum desideratur: quo autem tempore author huic operi ultimam manum imposuerit ex iis colligas, quæ ad libri calcem leguntur: *Datum Aversæ prope Neapolim, die penultima mensis Octobris, indictione sexta, anno Domini 1382. pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Urbani sacrosanctæ & Universalis Ecclesiæ Papæ VI. anno V.° ætatis meæ 33.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus est.

IIIM DCXVIII.

Codex chartaceus, quo continetur dialogus fortuitorum; est autem dialogus Palinurum inter & Charonem de innumeris hujus vitæ incommodis, ea mente scriptus ut terrenis expediti cœlestia prosequamur.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus quadripartitus de tendere ad perfectionem, hoc est ad unam, veram, perfectam & spiritualem erga proximos caritatem.

2.° Opusculum cujus titulus est: legenda pulcherrima Lucinii.

3.° Historia Griselidis, mulieris fidelis.

4.° Historia infidelis mulieris, hoc est, uxoris Rodulphi de Sluffelberg, Militis Franconiæ.

5.° Historia fundationis monasterii Cluniacensis, ex relatione Eberhardi, Episcopi Bambergensis.

6.° Historia Karlomanni Regis Francorum, filii Caroli Magni Imperatoris.

7.° Quædam narratio de duobus sociis.

8.° Visio *Tungali,* Hibernensis Militis.

9.° Visio *Ulrici de Volchenmuncht,* Sacerdotis, Præpositi & Archidiaconi Carinthiæ; quam vidit anno 1240. in festo sancti Silvestri, Papæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXX.

Codex membranaceus, quo continetur vexillum christianæ victoriæ, ad Franciscum I. Francorum Regem: authore *Georgio Benigno,* Archiepiscopo Nazareno; subjectus psalmus in quo sanctissimæ Trinitatis mysteria fermè omnia concluduntur.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus est titulus: Compendium salutis à quodam Monacho Carthusiensis ordinis, anno salutis 1392. conscriptum, & fratri suo Presbytero, ut parochianos quibus præerat, diligentiùs institueret, nuncupatum.

2.° Catechismus Christianorum in Hispania captivorum, Hispanicè scriptus à religioso Episcopo Gehennensi in Castella, qui triginta annis theologiam & alias scientias professus fuerat, jamque septuagenarius erat cùm in carceribus Regis Granatæ detineretur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM DCXXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri de Alliaco,* Episcopi Cameracensis, liber de septem gradibus scalæ, continens meditationes devotas super septem psalmos pœnitentiales.

2.° Ejusdem expositio in orationem Dominicam.

3.° Ejusdem meditatio devota super psalmo: *In te, Domine, speravi.*

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCXXIII.

Codex membranaceus, olim Philippi Droüin. Ibi continentur:

1.° *Joannis Gersoni,* Cancellarii Parisiensis, lectiones sex de vita spirituali, ad Petrum Episcopum Cameracensem.

2.° Ejusdem considerationes speculativæ & practicæ de mystica theologia.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis de Gersonio,* Cancellarii Parisiensis, liber canticorum, sive varia illius carmina: passim inter lineas glossæ; conjecta præterea sunt ad marginem scholia.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCXXV.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai de Clamengiis* liber in parabolam de filio Prodigo.

2.° Ejusdem liber de fructu eremi.

3.° Ejusdem liber de fructu seu prosperitate rerum adversarum.

4.° Ejusdem liber de novis festivitatibus non instituendis.

5.° Ejusdem liber de studio theologico.

6.° Ejusdem liber de Præsulibus simoniacis.

7.° Ejusdem descriptio rei mirabilis, quæ in Galliis accidisse ferebatur; sive de amoribus Elvidis & Floridani.

8.° Ejusdem liber de lapsu & reparatione justitiæ.

9.° Ejusdem liber de ruina & reparatione Ecclesiæ.

10.° Ejusdem epistolæ nonnullæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXXVI.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° *Nicolai de Clamengiis,* Cantoris Bajocensis, liber de filio Prodigo.

2.° Ejusdem libellus de fructu eremi, ad virum doctissimum Radulphum de Porta, Baccalaureum in theologia.

3.° Ejusdem libellus de prosperitate adversitatis.

4.° Ejusdem liber de novis festivitatibus non instituendis.

5.° Ejusdem liber de studio theologico, ad Joannem de Pedemontium, Baccalaureum in theologia, eruditum ac disertum virum.

6.° Ejusdem tractatus contra Prælatos simoniacos.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXXVII.

Codex chartaceus, olim Mentelianus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus is est titulus: Speculum aureum animæ peccatricis, à quodam Carthusiensi editum: porrò in hunc titulum hæc annotavit Joannes Jacobus Mentelius: *Hic est liber qui per J. Chabanel translatus in Gallicum sermonem paucis sanè immutatis sub hoc titulo;* Speculum humanæ vitæ, *prodiit in lucem; fidem faciet hujus cum illo collatio & accurata inspectio: hujus authorem faciunt Ludovicum Granatensem, sed jure an injuria non definio; potuit tamen ille è Latino in Hispanum convertere, & J. Chabanel, Tolosanus, ex Hispano nobis Gallicum facere & præstare.*

2.° Sancti *Augustini* liber de conflictu vitiorum & machina virtutum.

3.° *Hugonis,* primi Cardinalis ordinis Prædicatorum, libellus de sacramento Altaris, &c. de valore missarum.

4.° Ejusdem speculum Ecclesiæ.

5.° Ejusdem speculum Sacerdotum volentium celebrare missam.

6.° *Alberti de Ferrariis,* Placentini, opusculum de horis canonicis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXXVIII.

Codex chartaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Meditationum libri tres, quarum author videtur Carmelita quidam Discalceatus.

2.° Planctus beatæ Mariæ Virginis, ad Anselmum, de Passione Christi.

3.° Evangelium *Nicodemi.*

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCXXIX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° De interna conversatione, sive de virtutibus Christianorum libri tres: porrò tertius liber hujus operis idem est cum primo libro de imitatione Christi.

2.° Epistola beati *Eusebii,* discipuli sancti Hieronymi, quam scripsit Damaso Episcopo & Theodosio Senatori, de morte ejusdem beati Hieronymi: accedunt ad calcem exhortationes beati *Hieronymi* ad Fratres suos Monachos in infirmitate sua.

Is codex

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

iiiM DCXXX.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Liber ſententiarum, è ſacris Scripturis & ſanctorum Patrum ſcriptis concinnatus.

2.° Ordo, numerus & nomina Apoſtolorum.

3.° Nonnulla de ſignis zodiaci.

4.° S. *Hieronymi* opuſculum de eſſentia, immenſitate & inviſibilitate Dei.

5.° Anonymi expoſitio in Canticum canticorum.

6.° Liber diſtigii, ſive diſtichorum.

7.° Nonnulla de Paradiſo cœleſti.

8.° Dictionarium abbreviatum: authore Magiſtro *J. de Galandis.*

9.° *Anſelmi,* Cantuarienſis, elucidarius.

10.° *Hugonis de Sancto Theoderico,* Cardinalis, ſpeculum Eccleſiæ.

11.° Anonymi liber qui dicitur beſtiarius, ſive de animalium natura & proprietatibus.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

iiiM DCXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Mathildis,* Virginis, libri quatuor de ſpirituali gratia.

2.° Excerpta è vita beatæ Mariæ de Oegnies.

3.° Anonymi tractatus de optima conſideratione ſui ipſius.

4.° Sancti *Auguſtini,* Epiſcopi, ad ſanctum Cyrillum, Hieroſolymitanum, epiſtola de magnificentiis ſancti Hieronymi.

5.° Sancti *Cyrilli,* Hieroſolymitani, liber de miraculis ſancti Hieronymi.

6.° Vita & miracula ſancti Medardi, Epiſcopi Noviomenſis.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

iiiM DCXXXII.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° *Mathildis,* Virginis, liber ſpiritualis gratiæ.

2.° *Turpini,* Archiepiſcopi Remenſis, liber de vita Caroli Magni.

3.° Vita ſanctorum Amici & Amelii.

4.° Anonymi ſermo in illud: *Aſcendente Jeſu in naviculam.*

5.° Miracula nonnulla quæ à beata Maria Virgine narrantur patrata.

6.° Vita abbreviata ſancti Evurtii, Aurelianenſis Epiſcopi.

7.° Vita abbreviata ſanctæ Euphroſynæ, Virginis, quæ ſexum ſuum inter Monachos celavit.

8.° Vita abbreviata ſanctæ Virginis Genovefæ.

9.° Narratio de ſancto Paulo Simplici, ex hiſtoria tripartita deprompta.

10.° Narratio de Ammone, Ægyptio.

11.° Narratio de duobus Macariis.

12.° Narratio de Abbate Moyſe, Saracenorum Epiſcopo.

13.° Narratio de Abbate Paſtore.

14.° Narratio de Abbate Pyor.

15.° Narratio de Abbate Iſidoro.

16.° Narratio de Abbate Pambo.

17.° Narratio de Appelle & Joanne.

18.° Narratio de Serapione, Theone & Eulogio.

19.° Narratio de Abbate Dorotheo.

20.° Narratio de Piamone & Benjamin.

21.° Narratio de Abbate Sylvano & de ſancto Apollonio.

22.° Narratio de Abbate Or & de ſancto Mucio.

23.° Narratio de ſanctis Paulo & Iſaïa.

24.° Narratio de ſanctis Heleno & Paphnutio.

25.° Inſigne miraculum de corde ſancti Auguſtini, Epiſcopi.

Is codex decimo quinto ſæculo videtur exaratus.

iiiM DCXXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur theſaurus precum ad univerſam Chriſti vitam accommodatus: authore reverendo Patre *Petro Poqueti,* ordinis Cœleſtinorum & Doctore Pariſienſi.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

iiiM DCXXXV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur monita Sanctorum, viginti duobus libris juxta litterarum alphabeti ſeriem digeſta: præfixus index generalis; nonnulla verò ſub finem deſiderantur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

iiiM DCXXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Magiſtri *Silveſtri Prieratis,* ordinis Prædicatorum, tractatulus; quid à Diabolo ſciſcitari & qualiter malignos ſpiritus poſſit quiſque expellere de obſeſſis.

Is codex anno 1502. exaratus eſt.

IIIM DCXXXVII.

Codex membranaceus, quo continentur ſeptem pſalmi pœnitentiales ad B. Mariam Virginem directi.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXXXVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Franciſci Petrarchæ* meditationes.

2.° Ecloga, cui titulus: Pan & Pales.

3.° Orationes & preces variæ: verſibus ſcriptæ.

4.° Sancti *Auguſtini* meditationes.

5.° Fragmentum meditationum ſancti Bernardi.

6.° *Hugonis* tractatus de vanitate mundi.

7.° Memorialis, quod edidit ſanctus *Bernardus*, fragmentum.

8.° Pſalterium beatæ Mariæ Virginis.

9.° Effigies ſeptem planetarum.

10.° Orationes & preces variæ.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Bernardi*, Francigenæ, orationes rythmicæ in honorem beatæ Virginis.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXL.

Codex membranaceus, olim Sancti Martialis Lemovicenſis. Ibi continentur:

1.° *Bernardi Succeſſoris*, Monachi Caſſinenſis, tractatus inſcriptus: Speculum Monachorum; hocce opus Joanni Decano, Thomaſio Vicedecano, & Caſſinenſium conventui nuncupatur.

2.° Sancti *Bernardi* tractatus ad Abbatem Columbenſem.

3.° Anonymi tractatus de gradibus humilitatis.

4.° Bulla Summi Pontificis, qua jus ſepulturæ, facultas prædicandi & à peccatis abſolvendi poteſtas Fratribus Mendicantibus conceditur.

5.° Sancti *Bernardi* dogma ad novitios.

6.° Ejuſdem liber ad Carthuſienſes.

7.° Anonymi tractatus de vitiis & peccatis.

8.° Anonymi doctrina ſermocinandi.

9.° Anonymi tractatus de peccatis illorumque remediis.

10.° Capitula epiſtolarum & evangeliorum quæ totius anni decurſu in officio eccleſiaſtico uſurpari conſueverunt.

11.° Epiſtolarum *Senecæ* fragmenta.

12.° Anonymi tractatus de ſymbolo.

13.° *Hugonis de Sancto Caro* tractatus de miſſa.

14.° Sancti *Bernardi* liber de duodecim gradibus humilitatis.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCXLI.

Codex membranaceus, quo continetur ſpeculum Monachorum, in duos libros diſtributum: authore *Davide*, ordinis Benedictinorum.

Is codex anno 1460. exaratus eſt.

IIIM DCXLII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Angeli Decembris*, Mediolanenſis, liber de religionibus & cærimoniis ad reverendiſſimum dominum Proſperum, Cardinalem Columnenſem.

Is codex deſcriptus eſt ex exemplari monaſterii Cuxanenſis in Elnenſi diœceſi, juſſu Petri de Marca, Archiepiſcopi Toloſani, dum in Catalonia fungeretur munere Viſitatoris generalis pro rege Chriſtianiſſimo.

POLEMICI.

IIIM DCXLIII.

Codex membranaceus, olim Philippi Droüin. Ibi continetur anonymi tractatus, cujus titulus: Capiſtrum Judæorum: nomen authoris non comparet; porrò in hoc opere Judæorum errores confutantur.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXLIV.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continetur tractatus adversùs Judæos qui negant Salvatorem noſtrum fuiſſe Deum & Hominem: authore *Nicolao de Lyra*, ordinis Minorum.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXLV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Alphonſi Bonihominis*, Hiſpani, ordinis Prædicatorum, tractatus ad convertendos Judæos de errore ſuo quem habent in Meſſia adhuc venturo & obſervantia legis; ſive potiùs *Samuëlis*, Iſraëlitæ, epiſtola ab *Alphonſo Bonihominis* Latinè converſa: accedit ad calcem libellus, cui titulus: Scala fidei, continens triginta gradus.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCXLVI.

Codex membranaceus, olim Philippi Droüin. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus cujus titulus: Liber contra Judæos, nomine Thalamoth, aliter nuncupatur Pharetra Judæorum.

2.° Fratris *Petri de Pennis*, ordinis FF. Prædicatorum, tractatus contra Alcoranum, legem mendacissimam Saracenorum.

3.° Anonymi tractatus de custodibus vineæ Domini in sex statibus militantis Ecclesiæ.

4.° Triginta tres quæstiones super visitationibus faciendis, & procurationibus per Episcopos & alios Prælatos recipiendis; editæ per dominum... S. Pa.. id est, ut conjicio, DD. *Subertum*, Sancti-Papuli provinciæ Tolosanæ Episcopum, utriusque juris solemnem Professorem.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCXLVI. A.

Codex chartaceus, quo continetur *Joannis Hardoüin*, societatis Jesu, tractatus cujus titulus: Orobio, sive Judæus Amstelodamensis confutatus.

Is codex sæculo decimo octavo exaratus est.

IIIM DCXLVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Bibliotheca Rabbinica excussa & expurgata; sive Scriptores Rabbinici suppositiții: authore *Joanne Hardoüin*, è societate Jesu.

2.° Idem *Harduinus* de Syris, Maronitis, Jacobitis & Nestorianis.

3.° Ejusdem de Coptis, eorumque religione disquisitio.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXLVIII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Hardoüin*, è societate Jesu, observationes de exortu Hexaplorum & septuaginta Interpretum.

2.° Idem de mensibus Græcorum.

3.° Idem de Pentateucho Samaritano.

4.° Idem de versione Syriaca Novi Testamenti, de ipsa lingua & de caractere Syriaco.

5.° Idem de monumento Sinico anno 1625. eruto.

6.° Idem de lingua Coptica & religione Coptorum.

7.° Ejusdem Constantinopolis.

8.° Ejusdem annotatio in Bellarmini explicationem in Psalmos.

9.° Ejusdem pseudo-Augustinus, sive Guastunius, vel Tugusianus.

10.° Idem de officio & missa in festo corporis Christi.

11.° Ejusdem commentarii de pane benedicto.

12.° Idem de missæ nomine.

Is codex decimo octavo sæculo exaratus est.

IIIM DCXLVIII. A.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Pii* Papæ II. epistola ad Mahumetem II. Turcarum Imperatorem, pro fide christiana adversùs dogmata Mahumetica.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCXLVIII. B.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Pii II.* epistola ad Mahumetem II. Turcarum Imperatorem.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXLVIII. C.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur *Pii II.* epistola ad Mahumetem II. Turcarum Imperatorem: subjicitur ad calcem epistola ejusdem *Pii II.* ad Franciscum Sfortiam, Ducem Mediolani, de rosa papali ad eum missa & illius significatione.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCXLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Saraceni Christianum ad suam sectam invitantis, & Christiani eidem sinceram fidem persuadentis epistolæ: conjectæ sunt ad marginem nonnullæ annotationes.

2.° Epistola Rabbi *Samuëlis*, Judæi, ad Rabbi Isaac, ex Arabico sermone in Latinum ab *Alphonso Bonihominis*, ordinis Prædicatorum, anno Christi 1339. conversa.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCL.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis de Segobia*, Cæsariensis Archiepiscopi, ad quemdam S. R. E. Cardinalem epistola pro exterminanda Saracenorum secta.

Is codex anno 1454. exaratus est.

IIIM DCLI.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi

continetur Arii doctrinæ confutatio: præmittitur brevis Arii vita.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCLII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Tractatus adversùs Eutychianos liber quartus.

2.° Argumentum quomodò numerus quilibet mente conceptus, possit agnosci.

3.° Fragmentum commentarii in Canticum canticorum.

4.° Fragmentum vitæ sancti Martialis.

5.° *Hildeberti,* Episcopi Cenomanensis, carmen de mysterio missæ.

6.° *M. T. Ciceronis* de officiis libri tres.

7.° Rubricæ ecclesiasticæ veteres.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLIII.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur tractatus contra Græcos de processione Spiritus sancti, de animabus defunctorum, de azymo & fermentato & de obedientia Ecclesiæ Romanæ debita.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLIV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur tractatus contra Græcos de processione Spiritus sancti, de animabus defunctorum, de azymo & fermentato & de obedientia Ecclesiæ Romanæ debita.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCLV.

Codex chartaceus, primùm collegii Navarrici, posteà Philippi Droüin. Ibi continentur:

1.° Magistri *Alani* tractatus adversùs hæreticam pravitatem, Guillelmo Montispessulani Principi nuncupatus: in eo autem opere Albigensium, Valdensium, Judæorum & Mahummedanorum errores confutantur.

2.° Seraphici Doctoris Magistri *Francisci de Mayronis,* ordinis Minorum, tractatus de principatu temporali.

3.° Ejusdem quæstio de Hæreticis.

4.° Ejusdem tractatus de Conceptione beatæ Virginis.

5.° Anonymi tractatus de Summi Pontificis authoritate super Principes: finis desideratur.

6.° Anonymi libellus adversùs Machometem & Saracenos.

7.° *Nicolai de Lyra* tractatus adversùs Judæos.

8.° Ejusdem responsio ad quasdam Judæorum objectiones, è S. Matthæi evangelio petitas.

9.° Anonymi tractatus adversùs Græcorum errores.

10.° Anonymi tractatus de venditionibus & emptionibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCLVI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur Fratris *Monetæ,* ordinis Prædicatorum, summa contra Catharos & Waldenses, libris quindecim distincta: ad calcem occurrit anonymi sermo de Trinitate.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi Okam* dialogi de credentibus, fautoribus & receptatoribus Hæreticorum.

2.° Ejusdem tractatus de juribus Imperii Romani.

3.° Ejusdem tractatus adversùs errores Joannis XXII.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCLVIII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur *Thomæ Bazin,* Lexoviensis primùm Episcopi, Cæsariensis deinde Archiepiscopi, contra errores & blasphemias Pauli de Middelburgo libri duo: suus utrique præfixus index.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLIX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Thomæ Basin,* Episcopi Lexoviensis, libri duo adversùs errores & blasphemias Pauli de Middelburgo.

Ad hujusce codicis calcem hæc leguntur: *Descripsi ex vetustissimo codice anno 1709. Stephanus Baluzius.*

IIIM DCLX.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans, olim Colbertinus. In primo quidem volumine continentur:

1.° Confutatio spurcissimi cujusdam libelli Martini Lutheri, & defensio monasticæ

vitæ: authore *Nicolao Ellenbogio*, Monacho Ottemburano.

2.° Ejusdem tractatus de veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia.

3.° *Udalrici Ellenbogii* consilium de venenis, ad Joannem Ducem Bavariæ.

In secundo autem volumine:

1.° *Nicolai Ellenbogii* liber de fraternitate, seu navicula sanctæ Ursulæ, ad fratrem Michaëlem Agricolam, Conventualem in Irsin.

2.° Ejusdem enarratio de benedictione mensæ.

3.° Ejusdem sermo de Resurrectione Domini.

4.° Ejusdem sermo in illud Matthæi: *Adhuc eo loquente ad turbas.*

5.° Ejusdem sermo de S. Ursula, illiusque sodalibus.

6.° Ejusdem tractatus de sepultura.

7.° Ejusdem colloquia pro juvenibus.

8.° Ejusdem sermo in solemnitate dedicationis Ecclesiæ.

9.° Ejusdem expositio in psalmos CXV. XXXV. & XXIV.

10.° Ejusdem sermo de Eucharistia.

11.° Collationes duæ *Alexandri*, Ministri Minorum, factæ in refectorio.

12.° Expositio psalmorum XII. LXVI. & LXII. authoris nomen non comparet.

13.° Enarratio *G. Vincelii* in Angelicam salutationem, per Fratrem *Nicolaum* Latinè reddita, ad instantiam Fratris Gasparis Kindelman.

14.° Expositio in psalmos XXXVI. CXLIV. CXXXV. II. III. & IV.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

IIIM DCLXI.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur opus inscriptum: Cathedra Calvinistarum ad nativam eorumdem abominationum & blasphemiarum effigiem expressa: authore *Joanne Baptista Ferrario*, Mediolanensi sacro-sanctæ linguæ Professore; ad calcem operis rejecta est *Julii Britannæi* (de Bretagne) domini de Blancey, Senatoris Divionæi, ad Ferrarium epistola.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM DCLXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur miscellanea theologica, historica, juridica & physica.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLXIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur collectanea è variis authoribus sacris & prophanis.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IIIM DCLXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur vocum obscurarum quæ in libris theologicis occurrunt explicatio: authoris nomen non comparet.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCLXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Index Scriptorum ecclesiasticorum, cum censuris.

2.° Index Conciliorum.

3.° Theologorum scholasticorum, historicorum sacrorum & prophanorum, aliorumque diversi generis scriptorum catalogi.

Is codex manu recentiore exaratus est.

INFIDELES, HETERODOXI, &c.

IIIM DCLXVI.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continetur liber cabalisticus, cui titulus: Cyfra Raziel.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLXVII.

Codex chartaceus, quo continetur ben Hacane liber qui Pelia dicitur: interprete Fratre *Ægidio*, Viterbiensi.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLXVIII.

Codex membranaceus, quo continetur alcoranus: interprete *Roberto Ketenensi*; præmittuntur 1.° prologus in vitam & doctrinam Mahumetis; 2.° chronica mendosa & ridiculosa Saracenorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLXIX.

Codex chartaceus, olim Ulrici Obrechti, Argentoratensis. Ibi continetur alcoranus: interprete *Roberto Ketenensi*; præmittitur prologus in vitam & doctrinam Mahumetis; ad calcem verò subjiciuntur pauci ex plurimis qui in alcorano continentur errores excerpti.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCLXX.

Codex chartaceus, quo continetur alcoranus: interprete *Roberto Ketenensi;* ad calcem subjiciuntur chronica mendosa & ridiculosa Saracenorum.

Is codex anno 1515. exaratus est.

IIIM DCLXXI.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim D. Dufresne. Ibi continentur:

1.° Surathil Hagi Mahumeti traductio, Federico Duci Urbini, Sacræ Romanæ Ecclesiæ Vexillifero nuncupata: authore *Guillelmo Raymundo de Moncata,* Milite, artium Doctore; præmittitur *Gabriëlis Veneti,* Heremitani, ad Antonium Justinianum, Senatorem, epistola.

2.° Doctrina Mahumetis per interrogata & responsa.

3.° Compendium alcorani.

4.° Leges Mosis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM DCLXXII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur methodica locorum communium theologiæ tractatio: studio & industria D. *Georgii Sohnii,* in Heidelbergensi academia Decani, Doctorisque theologi.

Is codex anno 1586. exaratus est.

IIIM DCLXXIII.

Codex chartaceus, olim Memmianus. Ibi continetur Augustanæ Confessionis apologia.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM DCLXXIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Urbani Regii* epistola ad Evangelicos de præcipuis fidei christianæ capitibus.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IIIM DCLXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Destructiones assertionum libelli cujusdam D. Thomæ Fabricii contra Sacramentarios vulgati, quibus veram & orthodoxam de gemino intellectu verborum cœnæ Domini sententiam infirmare nititur: authore *Nicolao Pyro.*

2.° Anonymus de iis quæ circa cœnam Domini ἀδιάφορα vocantur ab Antisacramentariis.

Is codex anno 1574. exaratus est.

IIIM DCLXXVI.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Sebastiani Castalionis* liber de veritatis impedimentis.

2.° Ejusdem liber de Prædestinatione.

3.° Ejusdem liber de Justificatione.

4.° Ejusdem liber de Hæreticis.

5.° *Michaëlis Serveti* epistolæ triginta ad Joannem Calvinum: præmittitur excerptum ex ejusdem Serveti opere de Trinitate.

6.° Viginti quinque descriptiones baptismi: eodem authore.

Is codex anno 1581. exaratus est.

IIIM DCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi Postelli* declaratio & manifestatio illorum secretorum sapientiæ Dei, quæ David per pœnitentiæ beneficium sibi notificata asseruit, dicens in psalmo quinquagesimo: *Incerta, sive abscondita, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.*

2.° Ejusdem tractatus de duabus columnis Salomonis Jachin & Booz; hoc est, de dextræ sinistræque virtutis mundi potentiis planè admirandis.

3.° Ejusdem commentarius in Prophetas minores.

4.° Ejusdem ratio aut dispunctio, seu retractatio aut apologia pro iis contra calumnias malevolorum asserendis & declarandis, quæ de Christi essentia ejusque secundo, qui fit intra nos, adventu anteà scripsit aut quovis modo asseruit vel usque asserturus est.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Druidum doctrinæ secreta notanda, & rariores & ideò summoperè notandæ rationes rerum, variæque historiæ opus, ut vidit suo sæculo cum 84000. hominum oculata fide *Guillelmus Postellus.*

2.° De la Nature, que c'est, & de son but, qui est la vertu sur toute aultre souveraine pour parvenir au tres parfaict estat, moyennant lequel sera eternelle paix & concorde en ce bas monde tant qu'il durera: ouvrage de *Postel,* & écrit de sa main.

3.° De ce qui est premier pour reformer le monde; traicté necessaire a salut, depuis l'an 5566. depuis la creation du monde present: par le meme.

4.° Problematis summoperè admirandi ratio, cur Euclides prætermiserit tractare sextum corpus regulare; Aristoteles autem corpus æthereum non cognoverit, licèt supposuerit optatum, & Platoni innotuisset: *Guidone Fabro*, Westervreichio, observatore; opusculum manu Postelli exaratum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus est.

IIIM DCLXXIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur rerum ab origine mundi gestarum & institutarum declaratio, ordo, ratio & chronologia, cum scientiarum fontibus: authore *Guillelmo Postello.*

Is codex decimo sexto sæculo exaratus est.

THEOLOGI.

In-octavo.

SCHOLASTICI.

IIIM DCLXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Lombardi* Sententiarum libri quatuor abbreviati.

2.° *Raymundi de Pennaforti*, ordinis Prædicatorum, summa de casibus conscientiæ.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi quæstiones super libros quatuor Sententiarum: inserta sunt proverbia *Senecæ.*

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCLXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber inscriptus; Breviloquium: authore sancto *Bonaventura.*

2.° Ejusdem liber speculationum.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bonaventuræ* breviloquium.

2.° Ejusdem liber cujus titulus est: Pharetra.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatus cujus is est titulus: Distinctiones, sive quæstiones theologicæ Fratris *Nicolai de Gorhan*, de ordine Fratrum Prædicatorum, editæ secundùm ordinem alphabeti.

Is codex sæculo decimo quarto videtur exaratus.

IIIM DCLXXXV.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur opus cujus titulus: Compendium theologicæ veritatis in libros septem distributum: primi initium & nomen authoris desiderantur, sed in aliis codicibus Fratri *Petro Thomæ* tribuitur; ad calcem operis rejectus est capitum index.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi opus cujus titulus est: liber theologicæ veritatis.

2.° Magistri *Henrici de Gandavo* quodlibeta, anno 1278. edita.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur universæ theologiæ tractatio: authore *Joanne Maldonato*, societatis Jesu.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

IIIM DCLXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, tractatus de principiis theologiæ, illiusque partibus: præmittitur ejusdem oratio inauguralis, habita in collegio Claromontano.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM DCLXXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, theologiæ pars secunda, in qua de Deo, per comparationem ad res externas disseritur.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

IIIM DCXC.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* theologiæ ſecunda pars, de rebus à Deo factis.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus videtur.

IIIM DCXCI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* tractatus de Dæmonibus & eorum præſtigiis.

Is codex decimo ſeptimo ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXCII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* tractatus theologicus de homine.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus videtur.

IIIM DCXCIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* tractatus de ſecundo ſtatu hominis, ſive de gratia & peccato originali.

Is codex decimo ſeptimo ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXCIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* tertia pars theologiæ de comparatione Dei & rerum creatarum, in qua de præſcientia, prædeſtinatione & juſtificatione diſſeritur.

Is codex decimo ſeptimo ſæculo videtur exaratus.

IIIM DCXCV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* tractatus de meritis operum.

Is codex ſæculo decimo ſeptimo exaratus eſt.

IIIM DCXCVI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur anonymi tractatus de Dei præſcientia & prædeſtinatione.

Is codex ſæculo decimo ſexto videtur exaratus.

IIIM DCXCVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Opuſculum de laudibus beatæ Mariæ Virginis: authore anonymo, quem tamen ordini Ciſtercienſi nomen dediſſe ex prologo patet.

2.° *Innocentii* Papæ III. de miſeria hominis libri tres.

3.° Speculum Eccleſiæ: authore *Hugone*, ordinis Prædicatorum.

4.° Anonymi tractatus aſceticus.

5.° Anonymi ſumma de confeſſione.

Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCXCVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Tractatus de laudibus beatæ Mariæ Virginis, è ſanctorum Patrum ſcriptis concinnatus: authore anonymo.

2.° Ejuſdem anonymi tractatus de ſancto Joanne Evangeliſta.

Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCXCIX.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi de præſentatione beatæ Mariæ Virginis in templo liber, decimo quinto, ut videtur, ſæculo ſcriptus.

2.° Anonymi tractatus de paupertate evangelica: ea pars codicis ad decimum quartum ſæculum videtur referenda.

3.° *Marſilii Cagnati*, Veronenſis, Doctoris Medici & Philoſophi, variarum obſervationum liber quintus: manu recentiori.

4.° Trattato della pena de i ſoldati: manu recentiori.

IIIM DCC.

Codex membranaceus, olim D. de Cangé. Ibi continetur anonymi tractatus de B. Mariæ Virginis Aſſumptione.

Is codex ſæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCCI.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de ædificatione Eccleſiæ.

2.° Magiſtri *Hugonis* ſententiæ de fide, ſpe, Trinitate, Incarnatione & aliis rebus theologicis.

3.° Statuta ſynodalia tam vetera quàm nova.

4.° Alia ſtatuta ſynodalia, juſſu *Bartholomæi*, Epiſcopi Eduenſis, publicata.

5.° Statuta concilii Lugdunenſis, apud Anſam celebrati.

6.° Conſtitutiones provincialis concilii apud Matiſconem celebrati.

7.° Variæ additiones ad ſtatuta prædicta.

8.° Preces rythmicæ, cum notis muſicis.

9.° Sancti

9.° Sancti *Basilii*, Cæsariensis Episcopi, homilia de psalmo primo: *Rufino* interprete.

10.° Ejusdem homilia de eo quod scriptum est: *Attende tibi ipsi:* eodem interprete.

11.° Ejusdem homilia de eo quod scriptum est: *Homo quidam erat dives:* eodem interprete.

12.° Ejusdem homilia de invidia: eodem interprete.

13.° Ejusdem homilia in principium Proverbiorum Salomonis: eodem interprete.

14.° *Azonis* de Antichristo epistola ad Reginam Gerbergam: finis desideratur.

Hujusce codicis pars prior sæculo decimo quarto, posterior duodecimo videtur exarata.

IIIM DCCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber cujus titulus est: Speculum Ecclesiæ, sive tractatus de Ecclesia, de dedicatione Ecclesiæ, de officiis horarum, de servitio totius anni, de ordinibus Clericorum & vestimentis sacris, de celebratione missæ & de supernis secretis quæ hîc sciri licet: authoris nomen non comparet.

2.° Liber Cantoris ex dictis J. Cenomanensis Episcopi, collectus.

3.° *Stephani*, Parisiensis Episcopi, & aliorum epistolæ ad Innocentium III. Summum Pontificem, de cæde Thomæ, Prioris sancti Victoris Parisiensis.

4.° Epistolæ quædam sancti *Bernardi*, Abbatis Clarævallensis.

5.° *Hildeberti*, Turonensis Archiepiscopi, ad sanctum Bernardum epistola: sequitur *Bernardi* responsum.

6.° Sententiæ quædam ad mores informandos idoneæ.

7.° Anonymi commentarius in evangelium Lucæ.

8.° Anonymi glossarium.

9.° Nonnulla ad grammaticam pertinentia.

10.° Liber inscriptus: Benedictiones filiorum Jacob; duodecimo sæculo, ut videtur, exaratus.

11.° Exempla ex historia animalium ad mores informandos petita.

12.° Anonymi liber quo evangelii secundùm Joannem initium exponitur: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM DCCIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, tractatus de Sacramentis in genere, & de Baptismo & Confirmatione in specie.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCIV.

Codex chartaceus, duobus voluminibus constans, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* tractatus de pœnitentia, de jejunio, de pœnis & Indulgentiis.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IIIM DCCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de pœnitentia.

2.° Sermones varii: authorum nomina non comparent.

3.° *Senecæ* epistolæ nonnullæ.

4.° Ejusdem proverbia.

5.° Anonymi sermo in Epiphania.

6.° Variæ sententiæ morales.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus inscriptus: Flores pœnitentiæ.

2.° Breviloquium de virtutibus antiquorum Principum atque Philosophorum: authore *Joanne Gallensi*, ordinis Minorum.

3.° Anonymi tractatus de abundantia exemplorum in sermonibus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati*, societatis Jesu, tractatus de sacramento Eucharistiæ.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCVIII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi determinatio quarumdam quæstionum de quolibet super mysteriis sacramenti Eucharistiæ; facta Avenione in curia Romana.

2.° Anonymi liber de fine mundi, incipit: *Constituti super nos speculatores.*

3.° *Alcuinus* de vita Antichristi, ad Carolum Magnum: finis desideratur.

4.° Notabilia circa decem libros Ethicorum Aristotelis.

5.° Sancti *Bernardi* meditationes.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCIX.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur *Joannis Maldonati* tractatus de cæremoniis missæ.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

MORALES.

IIIM DCCX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Summa Magistri *Petri Remensis,* qui fuit præcentor sedis sanctæ Mariæ Parisiensis; sive excerpta è Cantoris Parisiensis libro, cujus titulus est: Verbum abbreviatum.

2.° Anonymi sermo de Juda proditore.

3.° Excerpta ex actis sanctorum Sixti Papæ & Laurentii.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IIIM DCCXI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Tractatus de virtutibus & vitiis.

2.° Tractatus de Deo.

3.° Sancti *Dionysii Areopagitæ* ad Timotheum epistola de morte Petri & Pauli.

4.° Sancti *Hieronymi* orationes devotæ.

5.° Sancti *Augustini* soliloquiorum liber.

6.° Ejusdem meditationes.

7.° Excerpta è SS. Patrum scriptis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus cujus titulus est: summarium de vitiis & virtutibus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXIII.

Codex membranaceus, olim Sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Fragmenta tractatus de virtutibus & vitiis: desideratur initium.

2.° Anonymi sermo de frænandis cupiditatibus.

3.° Exhortatio ad vulgus.

4.° Dialogus de musica: illius author dicitur *Guido,* piissimus musicus & venerabilis Monachus.

5.° Aonymi miscellanea de beneficiis.

6.° Anonymi commentarius in Canticum canticorum: non pauca desiderantur.

7.° Sententiæ septem Sapientum, versibus scriptæ.

8.° Fragmentum de Baptismo.

9.° Fragmentum, ubi de rebus ad dialecticam pertinentibus.

10.° Nonnulla scholia in Virgilii Georgica.

11.° Sententiæ è Parabolis Salomonis aliisque scriptis excerptæ.

12.° Adjuratio adversùs fulgura: ibi multa insulsa & superstitiosa.

Hujusce codicis pars duodecimo, alia decimo tertio, alia decimo quarto sæculo videtur exarata.

IIIM DCCXIV.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus cujus is est titulus: monita ex verbis multorum Doctorum extracta, ad instruendum hominem qualiter vitia possit extirpare, & in bonis moribus informare.

2.° Liber Proverbiorum Salomonis, Ecclesiastes & Ecclesiasticus.

3.° Anonymi brevis tractatus de modo celebrandi missam.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCCXV.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur anonymi tractatus de virtutibus cardinalibus & theologicis: subjecti indices duo, alter capitum, alter rerum alphabeticus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur summa de vitiis: authore *Guillelmo Peraldo,* ordinis Prædicatorum.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCXVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur summa de vitiis: authore *Guillelmo Peraldo,* ordinis Prædicatorum; sub finem paucissima desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXVIII.

Codex membranaceus, olim Philippi Droüin. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus de vitiis: initium desideratur.

2.° Magistri *Droconis de Altovillari*, Canonici Remensis, adhortatio ad virtutem, versibus scripta.

3.° Amelii & Amici vita, versibus hexametris conscripta.

4.° Poëma quod author ipse vult appellari Carotellum: videtur autem illud poëma esse chronicum Turpini, versibus redditum.

5.° Poëma cujus titulus; Urbanus: videntur autem esse præcepta ad sanitatem.

6.° Discussio litis super hæreditate Lazari & Mariæ Magdalenæ sororis ejus; videlicet quis eorum debeat habere hæreditatem: versibus rythmicis.

7.° Versiculi de natura animalium.

8.° Summula pœnitentiæ versificata compendiosè.

9.° Versiculi de proprietate feminarum.

10.° Versus Magistri *Serlonis*.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXIX.

Codex membranaceus, olim S. Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Fragmenta tractatus de vitiis linguæ: illius author videtur esse *Bernardus Iterii*.

2.° Cantus in natalem Domini.

3.° Anonymi poëmation de ludo scaccorum.

4.° Officium beatæ Mariæ Virginis.

5.° Carmina aliquot & narrationes: Bernardus Iterii exaravit.

6.° Antiphona, versus & oratio de sancta facie Christi Domini: Bernardus Iterii exaravit.

Hujusce codicis pars major sæculo decimo tertio videtur exarata.

IIIM DCCXX.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° *Raymundi de Pennaforti* summa de pœnitentia & de matrimonio, in libros quatuor distributa.

2.° *Guillelmi de Torigniaco* summa de casibus conscientiæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Raymundi de Pennaforti* summa de pœnitentia & de matrimonio.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXXI. *A.*

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur *Raymundi de Pennaforti* summa de pœnitentia & de mamonio: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Summa *Raymundi* de casibus conscientiæ, abbreviata: authore anonymo.

2.° Opusculum de pœnitentia, collectum de corpore canonum & decretalium à *G.* Monacho Navi sanctæ Mariæ, Cisterciensis ordinis.

3.° Notabilia circa libros Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum.

4.° *Senecæ* liber de quatuor virtutibus cardinalibus.

5.° Libellus statutorum Cisterciensis ordinis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXXIII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Summa casuum conscientiæ: authore *Guillelmo de Thorigniaco*.

2.° *Hugonis à Sancto Victore* tractatus de virtutibus & vitiis, è Scriptoribus sacris & prophanis collectus.

3.° Confessio brevis & utilis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXXIII. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur summa de pœnitentia, quæ vulgariter appellatur summa de casibus, abbreviata per Magistrum *Willermum*.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Magistri *Willelmi de Gislarvilla* pœnitentiarius.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXXIV. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Summa de pœnitentia in quatuor libros distributa.

2.° Fragmentum tractatus de opere sex dierum.

3.° *Seneca* de quatuor virtutibus.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM DCCXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur summa Confessariorum: authore *Joanne Rigaudi*, ordinis Fratrum Minorum.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

iiiM DCCXXVI.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° *Antonini*, Florentini Archiepiscopi, summa confessionalis.

2.° Anonymi tractatus brevis de Excommunicationibus.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

iiiM DCCXXVII.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Antonini*, Archiepiscopi Florentini, summa confessionalis.

2.° Anonymus de gradibus consanguinitatis.

3.° Casuum quorumdam solutiones.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

iiiM DCCXXVII. *A*.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur compendium summæ Confessorum: authore Fratre *Guillelmo de Cayoco*, ordinis Prædicatorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

ORATORES SACRI.

iiiM DCCXXVIII.

Codex membranaceus, quo continetur sermonum Dominicalium specimen quoddam, Concionatoribus præsertim utile.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM DCCXXIX.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continentur *Jacobi de Voragine*, ordinis Prædicatorum, Episcopi Januensis, sermones per totius anni circulum.

Is codex anno 1453. exaratus est.

iiiM DCCXXX.

Codex membranaceus, quo continentur anonymi sermones de tempore ac de Sanctis totius anni.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

iiiM DCCXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi sermones centum quadraginta sex.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

iiiM DCCXXXII.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles Franciæ Marescalli. Ibi continentur anonymi sermones pro Dominicis & festis totius anni.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

iiiM DCCXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi sermones in dies Dominicos aliasque totius anni festivitates: præmittitur fragmentum summæ *Joannis de Abbatis-villa.*

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

iiiM DCCXXXIV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur anonymi sermones varii ad singulos anni dies festos accommodati.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

iiiM DCCXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi sermones ad singulos totius anni dies festos accommodati.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

iiiM DCCXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi sermones ad singulos totius anni dies festos accommodati.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM DCCXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi sermones ad varios dies festos accommodati.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

iiiM DCCXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur anonymi sermones de tempore ac de Sanctis: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXXXIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur anonymi sermones de tempore.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXL.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur anonymi sermones de variis sacræ Scripturæ locis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCXLI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi sermones varii.

2.° Probatio articulorum fidei, ad Bonifacium Papam VIII. anno 1296.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXLII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur sermones varii: authoris nomen non comparet.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXLIII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continentur sermones varii; sive potiùs sermonum argumenta, quorum nonnulla lingua vulgari scripta: illis autem insertum reperias *Hugonis* tractatum de Novitiorum institutione.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXLIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi sermones numero nonaginta septem.

2.° Abbreviationum quæ in libris juris & aliis usurpantur explicatio, ordine alphabetico digesta: authoris nomen non comparet.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXLV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi sermones, quorum nonnulli de beata Maria Virgine.

2.° Excerpta quædam è Patribus.

3.° Anonymi præcepta quædam ad morum doctrinam spectantia.

4.° Explicatio symboli Apostolorum.

5.° Anonymi tractatus de confessione, incipit: *Prima ala est confessio.*

6.° Anonymi tractatus de peccatis.

7.° Confessio pœnitentium, & formula absolutionis.

8.° Anonymus de negligentia Sacerdotum in missa celebranda.

9.° Præcepta nonnulla vitæ christianæ.

10.° Anonymi tractatus de vitiis.

11.° Anonymi liber de iis quæ impediunt ne quis peccata sua confiteatur Sacerdoti.

12.° Excerpta è libro de claustro animæ, quem edidit *Hugo de Folieto.*

13.° Præparatio Sacerdotis ad missam.

14.° Anonymi tractatus de amore fraterno.

15.° Nonnulla de confessione.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXLVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi sermones ad varios dies festos accommodati.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi sermones varii.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCXLVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur anonymi sermones varii.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

ASCETICI.

IIIM DCCXLIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Bonaventuræ* liber asceticus, qui dicitur pharetra.

2.° Anonymi sermones de Sanctis.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCL.

Codex membranaceus, quo continetur sancti *Bonaventuræ* liber asceticus, qui dicitur pharetra.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCLI.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi tractatus asceticus de virtutibus.

2.° Anonymi sermones varii.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur distinctiones sanctorum Patrum ordine alphabetico dispositæ: sunt autem illæ distinctiones tractatus asceticus de perfectione vitæ spiritualis.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCLII. A.

Codex membranaceus, quo continentur sententiæ ex sanctis Patribus collectæ; sive tractatus asceticus de perfectione vitæ spiritualis.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCLIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Albertani,* Causidici Brixiensis, liber de doctrina dicendi & tacendi.

2.° Ejusdem liber de consolatione & consilio.

3.° Ejusdem liber de amore & dilectione Dei ac proximi, & de forma vitæ.

4.° Ejusdem sermo de Causidicorum vita.

5.° Ejusdem sermo de illuminatione, & super spirituali corporalique refectione.

6.° Ejusdem sermo, Causidicis more solito congregatis dictus.

7.° Ejusdem sermo quomodò debemus intelligere super egenos & pauperes.

8.° Ejusdem sermo de doctrina timoris Domini.

9.° *Petri Damiani,* Eremitæ & Episcopi, capitula de omnibus ordinibus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLIV.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur excerpta ex libro qui vocatur de homine, aliter scala naturæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLV.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur tractatus asceticus de hominis inimicis.

Is codex anno 1559. exaratus est.

IIIM DCCLVI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Meditationes imaginis vitæ: authore sancto *Bonaventura.*

2.° Ejusdem contemplationes.

3.° Parabolæ duæ sancto *Bernardo* tributæ.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLVII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° *Joannis de Hovedene,* Londinensis, philomela, sive meditatio rythmica de Nativitate, Passione & Resurrectione Salvatoris.

2.° Quindecim gaudia beatæ Mariæ Virginis, edita rythmicè ab eodem *Joanne de Hovedene.*

3.° Quinquaginta cantica Salvatoris: eodem authore.

4.° Ejusdem cythara, sive meditatio rythmica de Passione Christi.

5.° Quinquaginta salutationes Mariæ: eodem authore.

6.° Ejusdem viela; sive versus rythmici de laudibus beatæ Mariæ Virginis.

Is codex sub finem sæculi decimi tertii exaratus videtur.

IIIM DCCLVIII.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° Tractatus asceticus de sacramento Altaris.

2.° Anonymi liber qui dicitur stimulus amoris.

3.° Anonymi tractatus de modo vitandi vitia & peccata, & virtutes acquirendi.

4.° Præparatio ad missam.

5.° Modus introducendi confitentes.

6.° Tractatus de officio divino secundùm Bernardum.

7.° Sancti *Bonaventuræ* liber de doctrina Novitiorum.

8.° Libellus cujus titulus: admonitiones ad interna trahentes.

9.° Anonymi tractatus brevis & utilis de sui ipsius cognitione.

10.° Anonymi tractatulus, cujus titulus: Horologium cordis Religiosorum.

11.° Sancti *Bernardi* liber honestæ vitæ.

12.° Donatus contemplatorum, à venerando Magistro *Joanne de Gerson* compositus.

13.° Tractatus Fratris *Bonaventuræ* de vita Domini nostri Jesu Christi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi tractatus, cujus is est titulus: Enchiridion aliquot Christi mysteria complectens, virisque spiritualibus plurimum utilitatis afferens.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLX.

Codex membranaceus, olim Philippi Droüin. Ibi continentur:

1.° Meditationes in Passionem Christi & exhortationes ad imitandum Christum, ex sanctorum Hieronymi, Augustini, Bernardi & aliorum operibus excerptæ: præmittuntur nonnulla de nomine Jesu & de laudibus Mariæ.

2.° Regulæ sancti Benedicti epitome.

3.° Sancti *Bernardi* instructio de disciplina conservanda.

4.° Ejusdem expositio in illud: *Non timebis à timore nocturno.*

5.° Anonymus de quatuor in quibus Religiosi, & maximè incipientes & imperfecti, cauti esse debent.

6.° Anonymus de quatuor valentibus ad Religiosi stabilitatem conservandam.

7.° Anonymus de quibusdam modis resecandi vitia.

8.° Anonymus de modis resecandi vitia per exercitium virtutum, de virtute in virtutem progrediendo.

9.° Anonymi descriptiones vitiorum capitalium, cum modis resistendi generaliter.

10.° Anonymi libellus de conscientia.

11.° Sancti *Thomæ de Aquino* tractatus de cognitione, amore, fruitione, laudatione, gratiarum actione, & congratulatione animæ beatæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCCLXI.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Preces & meditationes: authore anonymo.

2.° Tractatûs de mysterio Altaris fragmentum.

3.° Fragmentum Decretalium.

4.° Sancti *Bernardi* liber de vita & moribus Religiosorum.

5.° Epigrammatum & epitaphiorum collectio.

6.° *Prudentii*, Tricassini, flores centum quinquaginta Psalmorum.

7.° Sancti *Hieronymi* psalterium abbreviatum.

8.° Preces variæ.

Is codex, in quo nonnulla folia loco suo mota, decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Liber meditationum: authoris nomen non comparet.

2.° Sancti *Augustini* sermo de Sacramentis.

3.° Anonymi sermones varii.

4.° Excerpta è summa prædicatorum Magistri Alani.

5.° Parabolæ Salomonis.

6.° Excerpta è Virgilio, Horatio, Juvenale, Persio, Lucano, Statio, Prudentio & Ovidio.

7.° Moretum *Virgilii.*

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IIIM DCCLXIII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Opusculum asceticum, cui titulus fragmentum Bibliæ: authore Fratre *Joanne de Weilhaim,* artium liberalium Magistro & Professo monasterii Mellicensis.

2.° Ejusdem memoriale in libros Sententiarum.

3.° Vita sancti Benedicti: eodem authore.

Is codex anno 1438. exaratus est.

IIIM DCCLXIV.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° Testamenta duodecim Patriarcharum.

2.° Origenis planctus.

3.° Sententia de Antichristo.

4.° Historia Apollonii, Tyrii Regis, sive potiùs fabula Romanensis.

5.° Anonymus de præcipuis scientiæ moralis capitibus.

6.° Versus de rebus memorabilibus quæ sæculo duodecimo contigerunt.

7.° Prognostica singulis mensibus aptata.

8.° *Marbodi*, Rhedonensis Episcopi, poëma de lapidibus pretiosis: finis desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Directorium exercitiorum spiritualium sancti Ignatii.

2.° Excerpta ex epistolis Pauli.

Is codex anno 1593. exaratus est.

IIIM DCCLXVI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur liber cujus titulus: Soliloquium cujusdam Regularis, à cordis dispositione se colligentis ad unum summum bonum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCCLXVII.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continentur:

1.° Tractatus inscriptus; Desolatorum consolatio: authore anonymo.

2.° Monialium monasterii de Kallis, Parisiensis diœceseos, statuta & institutiones.

3.° Anonymi expositio in psalmum XLII.

4.° Anonymus de duodecim gradibus humilitatis.

5.° Sermo de Filio prodigo.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus est.

IIIM DCCLXVIII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Vita Adæ: authore anonymo; initium desideratur.

2.° Anonymi liber inscriptus: De missione Seth ad Paradisum.

3.° Magistri *Jacobi de Vitriaco* liber primus historiæ Hierosolymitanæ.

4.° Descriptio Hiberniæ.

5.° *Odonis*, Episcopi Tusculani, ad Innocentium IV. Papam de rebus in insula Cypro à Christianorum exercitu gestis epistola.

6.° *H.* sive potiùs *Benedicti*, Episcopi Massiliensis, epistola ad eumdem Papam de rebus in Terra sancta gestis.

7.° *Lotharii*, Cardinalis, posteà *Innocentii III.* Papæ, de conditionis humanæ miseria tractatus.

8.° *Methodii*, Episcopi & Martyris, epistola prophetica.

9.° Secreta secretorum; sive Aristotelis ad Alexandrum epistola.

10.° Plusieurs secrets de médecine, en vieux François.

11.° *Turpini*, Remensis Archiepiscopi, liber de Caroli Magni rebus gestis.

12.° Regum Francorum genealogia, à Merovæo ad Philippum Augustum usque producta.

13.° Regum Angliæ genealogia, à Rollone ad Eduardum III.

Is codex partim sæculo decimo quarto, partim decimo tertio exaratus videtur.

IIIM DCCLXIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Petri de Alliaco* tractatus de duodecim honoribus sancti Josephi.

2.° *Hugonis à Sancto Victore* tractatus de oratione.

3.° Ejusdem meditatio.

4.° Ejusdem libellus de quinque septenis.

5.° *Alanus* de sex alis Cherubim.

6.° *Petrus de Alliaco* de quatuor gradibus scalæ spiritualis.

7.° Ejusdem ad Deum oratio.

8.° Ejusdem meditatio in salutationem Angelicam.

9.° Ejusdem tractatus de oratione Dominica.

10.° Ejusdem meditationes in cantica beatæ Mariæ, Zachariæ & Symeonis.

Is codex anno 1419. exaratus est.

IIIM DCCLXX.

Codex membranaceus, picturis ornatus, olim Colbertinus. Ibi continentur anonymi visiones quibus res futuræ prædicantur: initio hujusce exemplaris manus recentior descripsit inundationem illam quæ in suburbio sancti Marcelli Parisiensis maximas strages anno 1579. Henrico III. regnante edidit.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IIIM DCCLXXI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur *Dominici*, Presbyteri Cardinalis Firmani, libellus de arte moriendi.

Is codex anno 1452. exaratus est.

IIIM DCCLXXII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° *Dominici*, Presbyteri Cardinalis Firmani, tractatus de arte moriendi: sub finem orationes desiderantur.

2.° Varia

2.° Varia ex Patribus excerpta, ad theologiam pertinentia, maximè autem ad moralem.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

POLEMICI.

IIIM DCCLXXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Joannis Maldonati*, ſocietatis Jeſu, de regula fidei controverſia unica.

2.° Opuſculum de artificioſa lectione M. T. Ciceronis, ſive artificium legendi: authore anonymo.

Is codex decimo ſæculo videtur exaratus.

IIIM DCCLXXIV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur anonymi de jure belli, quod adversùs fidei catholicæ hoſtes à Chriſtianis ſuſcipitur, tractatus ad Philippum, Burgundorum Ducem.

Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXIV. *A.*

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Nicolai Pſalmæi*, Epiſcopi Virdunenſis, collectanea theologica.

2.° Ejuſdem fragmenta ubi de rebus in concilio Tridentino geſtis poſt adventum Cardinalis à Lotharingia cum Epiſcopis Gallis.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus eſt.

IIIM DCCLXXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur D. *Altingi* libellus complectens controverſias Lutheranorum.

Is codex decimo ſexto ſæculo exaratus videtur.

LIBRI HOMILIARII.

In-folio.

IIIM DCCLXXVI.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1. Sancti *Auguſtini* homilia in illud: *Ego ſum vitis vera.*

2.° Ejuſdem homilia in illud: *Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.*

3.° Anonymi homilia in illud: *Videns Jeſus turbas, aſcendit in montem.*

4.° *Bedæ*, Preſbyteri, homilia in illud: *Deſcendens Jeſus de monte.*

5.° Sancti *Auguſtini* homilia in natali plurimorum Martyrum.

6.° Sancti *Maximi* homilia de eodem argumento.

7.° Sancti *Leonis*, Papæ, homilia de octo beatitudinibus.

8.° Sancti *Joannis Chryſoſtomi* homilia in natali Martyrum.

9.° Sancti *Hieronymi* homilia in natali unius Martyris.

10.° Ejuſdem homilia in illud: *Nihil opertum, quod non revelabitur.*

11.° Anonymi homilia in natali Confeſſorum.

12.° Excerptum è Bedæ, Preſbyteri, commentario, de eodem argumento.

13.° Sancti *Maximi* homilia de eodem argumento.

14.° Beati *Fulgentii*, Epiſcopi, homilia de feſtivitate unius Confeſſoris.

15.° Sancti *Maximi* homilia de Confeſſoribus.

16.° Anonymi homilia in illud: *Non eſt arbor bona, quæ facit fructus malos.*

17.° Anonymi homilia in illud: *Ingreſſus Dominus Jeſus, perambulabat Jericho.*

18.° Anonymi homilia in illud: *Non eſt arbor bona, quæ facit fructus malos.*

19.° Sancti *Auguſtini* homilia de dedicatione Eccleſiæ.

20.° Anonymi homilia in illud: *Vos eſtis ſal terræ.*

21.° Excerptum è commentario Bedæ, Preſbyteri, de illa lectione: *Væ vobis qui ædificatis.*

22.° Excerptum ex ejuſdem commentario, de illa lectione; *Attendite à fermento Phariſæorum.*

23.° Anonymi homilia in illud: *Intravit Dominus Jeſus in quoddam caſtellum.*

24.° *Bedæ*, Preſbyteri, homilia in illud: *Qui vos audit, me audit.*

25.° Ejuſdem homilia in illud: *Facta eſt contentio inter Diſcipulos.*

26.° Anonymi homilia in illud: *Veſpere Sabbati quæ luceſcit.*

27.° *Bedæ*, Preſbyteri, homilia in illud: *Miſit Herodes ac tenuit Joannem.*

28.° Ejuſdem homilia in illud: *Egrediente Jeſu de templo.*

29.° *Rabani Mauri* homilia in illud: *Sedente Domino Jeſu ſuper montem Oliveti.*

30.° Ejuſdem homilia in illud: *Cùm perſequentur vos.*

31.° Ejuſdem homilia in illud: *Si licet homini dimittere uxorem ſuam.*

32.° Ejusdem homilia in illud: *Nisi granum frumenti.*

33.° Ejusdem homilia in illud: *Circumibat Jesus civitates.*

34.° Ejusdem homilia in illud: *Vigilate, quia nescitis.*

35.° Ejusdem homilia in illud: *Vos estis sal terræ.*

36.° *Bedæ*, Presbyteri, homilia in illud: *Videte, vigilate & orate.*

37.° *Isidori*, Episcopi, *Prosperi*, *Fulgentii*, *Leonis*, Papæ, *Origenis*, *Cypriani*, *Cæsarii*, *Cassiani*, *Augustini*, *Hieronymi*, *Ephræmi*, *Maximi & Gregorii*, Papæ, sermones in adventu Episcoporum, Canonicorum, Abbatum, Monachorum & divitum.

Is codex partim decimo, partim undecimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Leonis*, Papæ, homilia de Dominica Incarnatione.

2.° Sancti *Maximi*, Episcopi, oratio dicenda ante natalem Domini.

3.° *Origenis* homilia in illud Matthæi: *Cùm esset desponsata.*

4.° Homiliæ variæ de natali Domini: authorum nomina non comparent.

5.° Sancti *Isidori*, Episcopi, sermo de natali Domini.

6.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de eodem argumento.

7.° Sancti *Fulgentii*, Episcopi, sermo de eodem argumento.

8.° Sancti *Maximi*, Episcopi sermones quatuor de eodem argumento.

9.° Sancti *Fulgentii*, Ruspensis Episcopi, homilia in natali sancti Stephani, Protomartyris.

10.° Anonymi homilia in natali ejusdem.

11.° Sancti *Augustini* sermo de ejusdem miraculis.

12.° Sancti *Hieronymi* homilia in illud Matthæi: *Ecce ego mitto ad vos Prophetas.*

13.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo in natali sancti Joannis, Evangelistæ.

14.° Relatio de eodem Joanne, ex historia ecclesiastica deprompta.

15.° S. *Severiani* sermo in natali sanctorum Innocentium.

16.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de eodem argumento.

17.° Sancti *Augustini* homiliæ tres de eodem argumento.

18.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo in octava sanctorum Innocentium.

19.° *Origenis* sermo de Circumcisione Domini.

20.° Sancti *Augustini* homiliæ duæ in octavis Domini.

21.° *Origenis* homilia in illud Lucæ: *Erant pater Jesu & mater admirantes.*

22.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermones tres de Epiphania.

23.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo de eodem die.

24.° S. *Fulgentii* sermo de eodem die.

25.° Sancti *Maximi* homiliæ sex de eodem die.

26.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de eodem die.

27.° Sancti *Augustini* sermones duo de eodem die.

28.° Sermones varii de eodem die: authorum nomina non comparent.

29.° Sermones varii de Purificatione B. Mariæ Virginis.

30.° *Origenis* homilia in illud Matthæi: *Cùm descendisset Jesus de monte.*

31.° Sancti *Maximi* sermo in natali S. Agnetis.

32.° Sancti *Ambrosii*, Episcopi, sermo de eodem argumento.

33.° *Origenis* homilia in illud Matthæi: *Ascendente Jesu in naviculam.*

34.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo, quomodò primus homo toti prælatus est creaturæ.

35.° Ejusdem sermo de lapsu primi hominis.

36.° Ejusdem sermo de fide Abraham, & de immolatione Isaac.

37.° S. *Leonis*, Papæ, sermo in Quadragesima.

38.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo de eodem die.

39.° Homiliæ variæ de eodem die: authorum nomina non comparent.

40.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de Jacob & Esaü.

41.° Ejusdem sermo de Joseph.

42.° Ejusdem sermo de confessione peccatorum.

43.° Ejusdem sermo de Moyse.

44.° Ejusdem sermo de Jeremia.

45.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo de expositione symboli.

46.° Ejusdem sermo de psalmo vigesimo primo.

47.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de passione Domini.

48.° Sancti *Isidori*, Hispalensis, testimonia de passione Domini.

49. Sancti *Leonis*, Papæ, sermones duo de eodem argumento.

50.° Ejusdem sermo in Cœna Domini.

51.° Ejusdem sermo in Parasceve.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia in illud: *Maria Magdalene & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata.*

2.° Ejusdem homilia in illud: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.*

3.° Passio sancti Petri, Apostoli.

4.° Passio sancti Pauli, Apostoli.

5.° Sermo sancti *Leonis*, Papæ, in natali Apostolorum Petri & Pauli.

6.° *Bedæ*, Presbyteri, homilia in illud: *Venit Jesus in partes Cæsareæ Philippi.*

7.° Anonymi legenda in festivitate sancti Petri ad vincula.

8.° Anonymi carmina de miraculis sancti Mauri.

9.° *Odonis*, Abbatis Glannafoliensis, epistola de inventione vitæ sancti Mauri.

10.° Vita sancti Mauri: authore *Fausto*, Monacho: præmittitur index capitum.

11.° Ejusdem miracula, ab *Odone*, Glannafoliensi Abbate, descripta.

12.° Lectiones duodecim in festo omnium Sanctorum.

13.° Lectiones quatuor in dedicatione Ecclesiæ.

14.° Anonymi sermo de translatione S. Mauri in Fossatense monasterium.

15.° Vita domni Burcardi, Comitis: authore *Odone*, Monacho Fossatensi.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Beati *Maximi*, Episcopi sermo in natali Domini.

2.° Ejusdem sermo de eodem die.

3.° Sancti *Fulgentii*, Episcopi, sermo de eodem die.

4.° *Bedæ*, Presbyteri, homilia in illud Lucæ: *Pastores loquebantur ad invicem.*

5.° Ejusdem homilia in illud Joannis: *In principio erat Verbum.*

6.° Passio sanctæ Eugeniæ, Virginis.

7.° Alia passio ejusdem.

8.° Passio sanctorum Anastasiæ, Chrysogoni & sociorum.

9.° Sancti *Fulgentii*, Episcopi, sermo in natali sancti Stephani, Protomartyris.

10.° Actus sancti Joannis, Evangelistæ.

11.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in natali sanctorum Innocentium.

12.° Actus sancti Silvestri, Papæ.

13.° Vita sancti Basilii: authore *Amphilochio*, Iconiensi Episcopo.

14.° Legenda de Theophania.

15.° Passio sancti Felicis, Presbyteri Nolani.

16.° Passio sancti Marcelli, Papæ.

17.° Passio sanctorum Geminorum, Speusippi, Eleusippi & Meleusippi: authore *Warnecario.*

18.° Passio sancti Sebastiani.

19.° Passio sanctæ Agnetis.

20.° Passio sancti Vincentii, Levitæ.

21.° Sancti *Augustini* sermones duo de passione sancti Vincentii, Martyris.

22.° Passio septem Fratrum Dormientium.

23.° Vita sancti Lupi, Cabilonensis Episcopi.

24.° Vita sanctæ Paulæ: authore sancto *Hieronymo.*

25.° Sancti *Augustini* sermo in Purificatione sanctæ Mariæ Virginis.

26.° Passio sanctæ Agathæ, Virginis.

27.° Vita sancti Ambrosii, Mediolanensis Episcopi.

28.° Passio sancti Marci, Evangelistæ.

29.° Legenda de sancto Jacobo, Apostolo.

30.° Legenda de sancto Philippo, Apostolo.

31.° Inventio sanctæ Crucis.

32.° Passio sanctorum Alexandri, Eventii, Theodoli & Hermetis.

33.° Passio sancti Gordiani.

34.° Passio SS. Nerei & Achillei.

35.° Passio sanctarum Petronillæ & Feliculæ.

36.° Passio sancti Pancratii.

37.° Passio sanctorum Donatiani & Rogatiani.

38.° Passio SS. Petri & Marcellini.

39.° Vita sancti Medardi: sequitur carmen *Fortunati* in laudem sancti Medardi.

40.° Passio sanctorum Primi & Feliani, Viti & Modesti, Luciæ & Geminiani.

41.° Sancti *Ambrosii* tractatus de sanctis Gervasio & Protasio.

42.° Passio sanctorum Gervasii & Protasii.

43.° Legenda in natali sancti Joannis Baptistæ.

44.° Passio sanctorum Joannis & Pauli.

45.° Acta S. Petri secundùm Linum.

46.° Acta sancti Pauli.

47.° Passio sanctorum Processi & Martiniani.

48.° Sermo sancti *Leonis*, Papæ, in octavis Apostolorum.

49.° Passio S. Gervasii, Martyris Cenomanensis.

50.° Passio sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: finis desideratur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Homilia B. *Joannis*, Episcopi, in illud Matthæi: *Cùm appropinquasset Jesus Hierosolymis:* præmittitur homilia de Christo Messia; initium & nomen authoris desiderantur.

2.° Homilia B. *Gregorii*, Papæ, in illud Lucæ: *Dixit Jesus Discipulis suis, erunt signa in sole & luna.*

3.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Cùm audisset Joannes in vinculis opera Christi.*

4.° Ejusdem homilia in illud Joannis: *Miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Joannem.*

5.° *Bedæ*, Presbyteri, homilia in illud Lucæ: *Missus est Angelus Gabriel.*

6.° Sancti *Ambrosii* homilia de eodem argumento.

7.° *Bedæ*, Presbyteri, homilia in illud Lucæ: *Exurgens autem Maria abiit in montana.*

8.° B. *Gregorii*, Papæ, homilia in illud Lucæ: *Anno quinto decimo Imperii Tiberii, Cæsaris.*

9.° *Origenis* homilia in illud Matthæi: *Cùm esset desponsata mater Jesu Maria Joseph.*

10.° Anonymi expositio in illud Matthæi: *Liber generationis Jesu Christi;* præmittitur prologus.

11.° B. *Gregorii*, Papæ, homilia in illud Lucæ: *Exiit edictum à Cæsare Augusto.*

12.° Venerabilis *Bedæ* homilia in illud Lucæ: *Pastores loquebantur ad invicem.*

13.° Ejusdem homilia in illud Joannis: *In principio erat Verbum.*

14.° Anonymi homilia de eodem argumento.

15.° Sancti *Hieronymi* homilia in illud Matthæi: *Dicebat Jesus turbis Judæorum, ecce ego mitto ad vos Prophetas.*

16.° Venerabilis *Bedæ* homilia in illud Joannis: *Dixit Jesus Petro, sequere me.*

17.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Angelus Domini apparuit in somnis Joseph.*

18.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Cùm consummati essent dies octo ut circumcideretur puer.*

19.° *Origenis* homilia in illud Lucæ: *Erant pater Jesu & mater admirantes super his quæ dicebantur de eo.*

20.° B. *Gregorii*, Papæ, homilia in illud Matthæi: *Cùm natus esset Dominus Jesus in Bethleem.*

21.° Venerabilis *Bedæ*, Presbyteri, homilia in illud Joannis: *Vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei.*

22.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Venit Jesus à Galilæa in Jordanem ad Joannem ut baptizaretur ab eo.*

23.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Cùm esset Jesus annorum duodecim.*

24.° Ejusdem homilia in illud Joannis: *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ.*

25.° *Origenis* homilia in illud Matthæi: *Cùm descendisset Jesus de monte.*

26.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Ascendente Jesu in naviculam.*

27.° Venerabilis *Bedæ* homilia in illud Lucæ: *Postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ.*

28.° B. *Gregorii*, Papæ, homilia in illud Matthæi: *Dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc, simile est regnum cælorum homini patrifamilias qui exiit primo manè.*

29.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Dixit Jesus turbis similitudinem hanc, exiit qui seminat.*

30.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Assumpsit Jesus duodecim Discipulos suos & ait illis; ecce ascendimus Hierosolymam.*

31.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Ductus est Dominus Jesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo.*

32.° Beati *Leonis*, Papæ, homilia in illud Matthæi: *Assumpsit Jesus Petrum & Jacobum.*

33.° Sancti *Hieronymi* homilia in illud Matthæi: *Egressus Jesus secessit in partes Tyri & Sidonis.*

34.° *Bedæ*, Presbyteri, homilia in illud Lucæ: *Erat Dominus Jesus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.*

35.° Ejusdem homilia in illud Joannis: *Abiit Jesus trans mare Galilææ.*

36.° B. *Gregorii*, Papæ, homilia in illud

Joannis. *Dixit Dominus Jesus turbis Judæorum & Principibus Sacerdotum, quis ex vobis arguet me de peccato.*

37.° *Bedæ,* Presbyteri, homilia in illud Matthæi: *Cùm appropinquasset Hierosolymam & venisset Bethphage.*

38.° Ejusdem homilia in illud Joannis: *Proximum erat Pascha Judæorum.*

39.° Ejusdem homilia in illud Joannis: *Ante diem festum Paschæ sciens Jesus quia venit hora ejus.*

40.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Egressus Dominus Jesus secessit in partes Tyri & Sidonis.*

41.° Beati *Leonis,* Papæ, sermo in illud Matthæi: *Videns Dominus Jesus turbas, ascendit in montem.*

42.° *Hieronymi,* Presbyteri, sermo in illud Matthæi: *Jussit Dominus Jesus Discipulos suos ascendere in naviculam.*

43.° Ejusdem sermo in illud Matthæi: *Accessit ad Dominum Jesum mater filiorum Zebedæi.*

44.° *Bedæ,* Presbyteri, homilia in illud Matthæi: *Dixit Simon Petrus ad Dominum Jesum, ecce nos reliquimus omnia.*

45.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Dixit Dominus Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam.*

46.° *Gregorii,* Papæ, homilia in illud Lucæ: *Dicebat Jesus turbis similitudinem hanc; arborem fici habebat quidam.*

47.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Rogabat Dominum Jesum quidam Pharisæus.*

48.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Loquente Domino Jesu ad turbas, ecce mater ejus.*

49.° Ejusdem homilia in illud Matthæi: *Misit Dominus Jesus duodecim Discipulos, præcipiens eis & dicens.*

50.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Designavit Dominus Jesus septuaginta duos Discipulos.*

51.° *Hieronymi,* Presbyteri, commentum in illud Matthæi: *Dixit Dominus Jesus Discipulis suis, vigilate, quia nescitis.*

52.° Anonymi homilia in illud Lucæ: *Facta est contentio inter Discipulos Jesu, quis eorum videretur esse major.*

53.° *Joannis,* ut videtur, *XX.* epistola ad Guarinum, Abbatem monasterii sancti Petri Lesatensis in Comitatu Tolosanensi, qua ei quatuor aliarum Abbatiarum regimen tradit: hæc autem epistola aliquâ sui parte mutila.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sancti *Hieronymi* homilia de Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

2.° *Alcuini* homilia de eodem festo.

3.° Ejusdem homilia de laudibus beatæ Mariæ Virginis.

4.° *Fulberti,* Carnotensis Episcopi, homilia de natali ejusdem.

5.° *Alcuini* homilia de eodem festo.

6.° S. *Ambrosii* homilia in illud Lucæ: *Intravit Jesus in quoddam castellum.*

7.° Anonymi homilia in illud Matthæi: *Liber generationis Jesu Christi.*

8.° *Alcuini* homilia in Hypapanten.

9.° *Fulberti,* Carnotensis Episcopi, oratio de Theophilo damnato, & suffragiis beatæ Mariæ Virginis salvato.

10.° De Musa, Virgine, cui beata Virgo Maria apparuit.

11.° Sancti *Ambrosii* liber de perpetua virginitate beatæ Mariæ.

12.° Ejusdem liber de adhortatione virginitatis.

13.° *Hildefonsi,* Toletani Episcopi, liber de perpetua virginitate beatæ Mariæ, cum Gomesani & Juliani duplici præfatione: finis desideratur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi expositio in epistolas & evangelia quæ per anni decursum in Ecclesiis legi solent: initium & finis desiderantur.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IIIM DCCLXXXIII.

Codex membranaceus, duobus constans voluminibus, olim Colbertinus. In primo quidem volumine continentur:

1.° Lectiones ex Isaïa, Propheta, in adventu Domini: initium desideratur.

2.° Sancti *Maximi* sermo de eodem argumento.

3.° Sancti *Augustini* sermo de Nativitate Christi.

4.° Sermones duo de eodem argumento.

5.° Sancti *Augustini* homilia de eodem argumento.

6.° Ejusdem homilia alia in natali Domini.

7.° Sermones tres de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

8.° Dicta sancti *Augustini* in Nativitate Domini.

9.° Sermones sex de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

10.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermones decem de eodem argumento.

11.° Sancti *Fulgentii*, Episcopi, sermo in natali Domini.

12.° Sancti *Maximi* sermones quatuor in natali Domini.

13.° Sermones octo in natali S. Stephani, Protomartyris: authorum nomina non comparent.

14.° Sancti *Maximi* sermo de eodem argumento.

15.° Sancti *Augustini* sermo de mirabilibus ejusdem S. Stephani.

16.° Sermones tres in natali S. Joannis, Evangelistæ: authorum nomina non comparent.

17.° Beati *Isidori*, Episcopi, sermo de eodem argumento.

18.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de eodem argumento.

19.° Assumptio beati Joannis, Apostoli & Evangelistæ.

20.° Sermones quinque in natali sanctorum Innocentium: authorum nomina non comparent.

21.° Sancti *Augustini* sermo de eodem argumento.

22.° Sancti *Severini* sermo in natali SS. Innocentium.

23.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de iisdem Innocentibus.

24.° Sermones quatuor in octavis Domini: authorum nomina non comparent.

25.° *Origenis* sermo de Circumcisione Domini.

26.° Lectiones ex Isaïa, Propheta, in Epiphania Domini.

27.° Sancti *Augustini* sermones quinque de eodem die.

28.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo in Epiphania Domini.

29.° Sermones sex de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

30.° Sermo sancti *Maximi*, Episcopi, de eodem argumento.

31.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermones duo de eodem argumento.

32.° Sancti *Maximi* sermones duo de eodem argumento.

33.° Sancti *Fulgentii* sermo de eodem argumento.

34.° Sancti *Maximi* sermones sex de eodem argumento.

35.° Sancti *Fausti*, Episcopi, homiliæ duæ de Epiphania Domini.

36.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de eodem argumento.

37.° Sancti *Maximi* sermo in natali S. Agnetis.

38.° Sancti *Ambrosii* sermo in natali ejusdem.

39.° Anonymi sermo in Hypapanten S. Mariæ Virginis.

40.° Sancti *Ambrosii* sermones quatuor in Purificatione beatæ Mariæ Virginis.

41.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo, quomodò primus homo toti prælatus est creaturæ.

42.° Ejusdem sermo de lapsu primi hominis.

43.° Ejusdem sermo de fide Abraham, & de immolatione Isaac.

44.° Sancti *Fausti*, Episcopi, sermones legendi ante Quadragesimam.

45.° Sancti *Maximi* sermo de eodem argumento.

46.° Sancti *Augustini* sermo de initio Quadragesimæ.

47.° Sermones viginti tres de Quadragesima: authorum nomina non comparent.

48.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in Dominica secunda Quadragesimæ, sive de Jacob & Esaü.

49.° Sancti *Augustini* homilia de beato Joseph.

50.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in Dominica tertia Quadragesimæ, sive de Joseph.

51.° Ejusdem sermo de confessione peccati.

52.° Ejusdem sermo in Dominica quarta Quadragesimæ, sive de Moyse.

53.° Ejusdem sermo in Dominica ante Palmas, sive de Jeremia.

54.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo de expositione symboli.

55.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de Dominica Passione.

56.° Sermones quindecim de Passione Domini: authorum nomina non comparent.

57.° Sancti *Isidori* ad Florentiam sororem testimonia de Christi Passione.

58.° Sancti *Augustini* sermo de Cœna Domini.

59.° Anonymi sermo de eodem argumento.

60.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de eodem argumento.

61.° Sancti *Maximi* sermo in Dominica Palmarum, sive de psalmo XXI.

62.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in Parasceve.

In secundo autem volumine:

1.° Anonymi sermo in Parasceven.

2.° Sermones duo in die Sabbatorum: authorum nomina non comparent.

3.° S. *Augustini* sermo in vigilia Paschæ.

4.° Ejusdem sermo in die sancto Paschæ.

5.° Sermones quatuordecim de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

6.° Sancti *Augustini* sermones tres de eodem die.

7.° Sancti *Maximi* sermones duo de eodem die.

8.° Sancti *Hieronymi* sermo de eadem festivitate.

9.° Sancti *Maximi* sermones tres de eodem argumento.

10.° Anonymi narratio de inventione sanctæ Crucis.

11.° Exaltatio ejusdem sanctæ Crucis.

12.° Sermones quatuor in litania majore: authorum nomina non comparent.

13.° Sancti *Joannis Chrisostomi* sermo de jejunio Ninivitarum.

14.° Sancti *Augustini* sermo de eodem jejunio.

15.° Sermones quatuor in die Ascensionis Domini.

16.° Sermones duo apocryphi de eodem argumento.

17.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermones tres de Ascensione Domini.

18.° Ejusdem sermo de jejunio Pentecostes.

19.° Sermones quinque in die Pentecostes: authorum nomina non comparent.

20.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de jejunio Pentecostes.

21.° Sermones tres in Pentecosten.

22.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo de eodem argumento.

23.° Sancti *Maximi* sermones duo de eodem die.

24.° Sermones duo in natali S. Joannis Baptistæ: authorum nomina non comparent.

25.° Sancti *Augustini* sermo in natali ejusdem.

26.° Sermones quinque in natali ejusdem: authorum nomina non comparent.

27.° Sancti *Maximi* sermones tres de eadem festivitate.

28.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermo in natali sanctorum Petri & Pauli.

29.° Sermones undecim in natali eorumdem: authorum nomina non comparent.

30.° Sancti *Maximi* sermones duo de eadem festivitate.

31.° Sermones duo de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

32.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in natali sancti Pauli.

33.° Ejusdem sermo de Davide & Goliath.

34.° Ejusdem sermo de Absalon.

35.° Sancti *Leonis*, Papæ, homilia in natali sancti Laurentii.

36.° Sermones quatuor de eadem festivitate: authorum nomina non comparent.

37.° S. *Maximi* sermo in natali ejusdem.

38.° Sermones duo de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

39.° Sancti *Leonis*, Papæ, sermones tres in natali sanctæ Mariæ Virginis.

40.° S. *Hieronymi* sermo de Assumptione beatæ Mariæ Virginis.

41.° *Audberti*, Presbyteri, homilia de eodem argumento.

42.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermones duo in decollatione sancti Joannis Baptistæ.

43.° Sancti *Maximi*, Episcopi, sermo in natali sancti Cypriani.

44.° S. *Leonis*, Papæ, sermones quinque de mense septimo.

45.° Sancti *Isidori* sermo in festo sancti Angeli.

46.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia de eodem argumento.

47.° Sermones tres de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

48.° Sancti *Gregorii*, Papæ, sermo de eodem argumento.

49.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo de misericordia.

50.° Lectiones in natali omnium Sanctorum.

51.° Anonymi sermo de eodem argumento.

52.° Sancti *Gregorii*, Papæ, homilia de eodem argumento.

53.° Sermones duo de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

54.° Sancti *Augustini* sermo in adventu Domini.

55.° Sermones duo de eodem argumento: authorum nomina non comparent.

56.° Anonymi sermo de Incarnatione Dominica.

57.° Sancti *Leonis*, Papæ, epistola ad Flavianum, Constantinopolitanum Episcopum.

58.° Sancti *Augustini* sermones duo de unitate Trinitatis & de Dominica Incarnatione.

59.° Sancti *Maximi* sermones duo de adventu Domini.

60.° Sancti *Augustini* sermo in hebdomada prima ante natalem Domini.

61.° Sancti *Maximi* sermo dicendus ante natalem Domini.

62.° S. *Leonis*, Papæ, sermones tres de jejunio decimi mensis.

63.° Sancti *Augustini* sermo de eodem argumento.

64.° Sermones novem in natali Martyrum: authorum nomina non comparent.

65.° S. *Augustini* sermo in natali plurimorum Martyrum.

66.° Sancti *Maximi* sermo de eodem argumento.

67.° S. *Leonis*, Papæ, sermo in festivitate Martyrum; sive de octo beatitudinibus.

68.° Sancti *Joannis Chrysostomi* sermo in festivitate Martyrum.

69.° Anonymi sermo in natali Confessorum.

70.° Sancti *Maximi* sermo de Confessoribus.

71.° Anonymi sermo de eodem argumento.

72.° Beati *Maximi*, Episcopi, sermo qui benè congruit in festivitate beati Hilarii, sive etiam Paulini, Treverensis, nec non & Eusebii, Episcoporum.

73.° Sancti *Fulgentii*, Episcopi, homilia in illud Matthæi: *Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.*

74.° Anonymi sermo in natali Virginum.

75.° Lectiones tres in dedicatione Ecclesiæ.

76.° Anonymi sermo de eodem argumento.

77.° Sancti *Augustini* sermo de eodem argumento.

78.° Ejusdem homilia de templo, vel consecratione altaris.

79.° Anonymi sermo de eodem argumento.

80.° Sancti *Augustini* sermones duo in die depositionis anniversario cujus volueris defuncti.

81.° Ejusdem sermo in Purificatione B. Mariæ Virginis.

82.° S. *Leonis*, Papæ, sermo de Quadragesima.

83.° Sancti *Maximi* sermo de Quadragesima.

84.° Ejusdem sermo in natali S. Joannis Baptistæ.

85.° Vita beati Geraldi: authore *Obdone*, Abbate.

Is codex undecimo sæculo videtur exaratus.

IIIM DCCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim S. Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Sermones varii de Resurrectione Domini: authorum nomina non comparent.

2.° Sancti *Joannis Chrysostomi* homilia in illud Matthæi: *Cùm appropinquassent Hierosolymis.*

3.° Venerabilis *Bedæ* homilia in illud Lucæ: *Missus est Angelus Gabriël à Deo.*

4.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Exurgens Maria abiit in montana.*

5.° Anonymi homilia ante natalem Domini.

6.° Anonymi homilia de eodem argumento.

7.° Sancti *Augustini* sermones duo anepigraphi.

8.° *Origenis* homilia in illud Matthæi: *Cùm esset desponsata mater Jesu Maria Joseph.*

9.° Venerabilis *Bedæ* homilia in illud Lucæ: *Pastores loquebantur ad invicem.*

10.° Ejusdem homilia in illud Lucæ: *Exiit edictum à Cæsare Augusto.*

11.° *Origenis* homilia in illud Lucæ: *Erant pater Jesu & mater admirantes super his quæ dicebantur de eo.*

29.° Continuatio ejusdem historiæ ad Edwardum III. secundùm polychronicon Ranulphi, Cestrensis Monachi.

30.° Prophetia Cyrilli, Eremitæ de Monte Carmelo: interprete Fratre *Gilberto,* Anglico.

31.° Sanctæ *Hildegardis* epistola ad Colonienses, de futura tribulatione Clericorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur registrum epistolarum *Innocentii VI. Urbani V. & Gregorii XI.*

Is codex ex alio veteri, viri illustrissimi Joannis Baptistæ Colberti jussu, anno 1671. descriptus fuit.

IVM CXXVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Innocentii VI. Urbani V. & Gregorii XI.* summorum Pontificum epistolæ.

2.° Litteræ duæ Priorum Arcium & Vexilliferi justitiæ populi & communis Florentiæ, pro libertate Italiæ retinenda.

3.° *Caroli V.* Francorum Regis, litteræ ad illustrem Principem Mongec Mellec el Amiral.

4.° Anonymi epistola ad Cardinalem Ambianensem.

5.° Epistola Papæ contra Florentinos; sive potiùs apologeticus adversùs eosdem.

6.° Copia responsionis factæ pro parte Universitatis Anconæ ad litteras communis Florentiæ.

7.° Litteræ Florentinorum ad Dominos Bandrenses.

8.° Epistola per Florentinos contra Papam Regi Franciæ directa.

9.° Narratio de legatione Florentinorum & Nuncii Papæ ad Carolum V. Regem Francorum, anno 1376.

10.° *Ludovici,* oriundi de Florentia, Religiosi de ordine Augustinianorum epistola ad Carolum, Regem Francorum.

11.° Copia litteræ quam pro tunc transmisit dominus Camerarius collectoribus, ut Archiepiscopo Barrensi non obedirent ut Papæ.

12.° *Nicolai de Belloforti,* domini de Limolio, epistola ad Papam Clementem VII. quandò fuit electus.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IVM CXXIX.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur *Gregorii XI.* epistolæ, quas inter nonnullæ è manuscripto bibliothecæ Regiæ Navarræ descriptæ fuerunt.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur variæ Romanorum Pontificum bullæ à Joannis XXII. temporibus ad Clementem usque Papam VIII. quas inter variæ Principum Christianorum epistolæ, partim Latinè, partim Italicè scriptæ.

Is codex sæculo decimo septimo descriptus videtur.

IVM CXXXI.

Codex membranaceus, quo continetur Fratris *Monaldi,* ordinis Minorum, summa juris canonici ordine alphabetico digesta: præmittitur titulorum omnium juris canonici & civilis index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur summa alphabetica juris canonici: authore Fratre *Monaldo,* ordinis Minorum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXIII.

Codex membranaceus, quo continetur *Martini Poloni,* ordinis Fratrum Prædicatorum, summa juris canonici; sive concordantia & tabula Decretorum & Decretalium ordine alphabetico disposita: ad calcem occurrunt *G.* Sabinensis Episcopi, in regno Siciliæ Apostolicæ Sedis Legati, constitutiones.

Is codex décimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXIII. A.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Martiniana Decreti & Decretalium; sive concordantia & tabula Decretorum & Decretalium: authore *Martino Polono.*

2.° *Joannis XXII. & Benedicti XII.* constitutiones Romanæ curiæ.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CXXXIII. B.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Martiniana Decreti & Decretalium: authore *Martino Polono.*

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus.

Ibi continetur *Guillelmi Durandi,* Mimatensis Episcopi, repertorium, sive breviarium aureum juris canonici, libris quinque absolutum.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° *Guillelmi Durandi,* Mimatensis Episcopi, repertorium, sive breviarium juris canonici.

2.° *Bernardi Compostellani* lecturæ super Decretales.

3.° *Bonifacii VIII.* Extravagantes, quas inter occurrunt nonnullæ *Clementis V.* & *Joannis XXII.* epistolæ decretales.

4.° *Gregorii XI.* bulla de remissione mediæ decimæ.

5.° *Benedicti XII.* bulla super modo solvendi procurationes Prælatis visitantibus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur :

1.° *Guillelmi Durandi,* Mimatensis Episcopi, repertorium, sive breviarium juris canonici.

2.° Clementinæ cum apparatu *Joannis Andreæ.*

3.° *Pauli de Liazariis* apparatus super Clementinis : initium desideratur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi Durandi* repertorium, sive breviarium juris canonici.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXVIII.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur *Dominici de Sancto Geminiano* repertorium juris.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXXXIX.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur repertorium juris canonici ordine alphabetico dispositum : authore *Petro de Braco,* Placentino; ad calcem subjicitur index verborum.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur inventarium juris canonici, ordine alphabetico digestum : authore *Berengario,* Biterrensi Episcopo.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXLII.

Codex membranaceus, olim Carmelitarum Parisiensium. Ibi continetur *Berengarii Fredoli,* Cardinalis, Episcopi Biterrensis, inventarium juris canonici.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CXLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur inventarium juris canonici, tam textuum, quàm glossarum, ordine alphabetico digestum : authore *Berengario,* Biterrensi Episcopo.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXLIV.

Codex membranaceus, quo continetur inventarium juris canonici ordine alphabetico dispositum : authore *Berengario,* Episcopo Biterrensi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXLIV. *A.*

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur repertorium juris canonici : authore *Petro Mercerii,* Doctore Decretorum Tholosano.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IVM CXLIV. *B.*

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur repertorium juris canonici : authore *Petro Mercerii,* Doctore Decretorum Tholosano.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CXLIV. *C.*

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur repertorium juris canonici : authore *Antonio Augustino,* olim Rotæ Auditore.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CXLV.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continetur

tabula juris canonici & civilis, juxta litterarum alphabeti seriem dispofita: authore *Joanne de Saxonia,* ordinis Fratrum Minorum.

Is codex decimo quarto fæculo exaratus videtur.

IVM CXLVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is eft titulus: Tabula domini *Joannis Calderini* fuper aliquibus authoritatibus Bibliæ & Decretorum.

Is codex fæculo decimo quinto exaratus videtur.

IVM CXLVII.

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° *Joannis Calderini* index alphabeticus fuper aliquibus authoritatibus Bibliæ & Decretorum.

2.° Idem de modis argumentandi in jure.

3.° Anonymi obfervationes aftrologicæ de diebus lunæ.

4.° *Arnaldi de Villanova* commentarius de cujufque menfis proprietatibus.

Is codex decimo quinto fæculo exaratus videtur.

IVM CXLVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Juris canonici flores nota digni, fub certis capitibus digefti: authore *Hugone de Miromari,* Monacho Montis fancti.

2.° Ejufdem fpeculum fpirituale: finis defideratur.

Is codex decimo quarto fæculo exaratus videtur.

IVM CXLIX.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur flos Decretorum: authore *Joanne Danton,* Hifpano: ad calcem fubjecta Decretalium & Legum concordantia: eodem authore.

Is codex decimo quinto fæculo exaratus videtur.

IVM CL.

Codex partim membranaceus, partim chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur dictionarium juris canonici & civilis.

Is codex decimo quinto fæculo exaratus videtur.

IVM CLI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur vocabularium juris canonici & civilis, ordine alphabetico difpofitum.

Is codex anno 1446. exaratus eft.

IVM CLII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Conftitutio *Benedicti,* Papæ XII. fuper procurationibus recipiendis: præmittitur propofitio *Richardi,* Armachani Archiepifcopi, contra Mendicantes & eorum privilegia; cui inferitur conftitutio *Joannis XXII.* quæ incipit: *Vas electionis.*

2.° *Martini V.* conftitutio: ut Clerici judicibus fæcularibus fefe non fubmittant.

3.° Unio ecclefiæ fancti Maturini de Livicantu, facta per Clementem Papam VII.

4.° *Eugenii IV.* bulla de iis qui confitentur Prædicatoribus & Minoribus.

5.° *Nicolai V.* bulla de legatione Guillelmi de Eftoutevilla, Cardinalis, in Franciam: fequuntur ejufdem Cardinalis litteræ quibus Legati fe dignitate abdicat, ut pareat Regi: Gallico idiomate.

6.° Ejufdem *Nicolai* bulla de expeditione in Terram fanctam.

7.° *Califti III.* bulla pro Nicolao de Waftina, Rectore ecclefiæ parochialis fancti Jacobi Tornacenfis: fequitur expeditio bullæ Martini V. adversùs Simoniacos, data anno 1454.

8.° Difpenfatio matrimonii folvendi cum quodam Laïco diœcefis Parifienfis, qui eam uxorem duxerat, cujus matrem cognoverat per adulterium.

9.° Dépofition faite par noble homme *Adam de Cambrai,* premier Préfident au Parlement de Paris, témoin produit par Monfieur d'Alençon dans une enquête par turbe, ordonnée pour déterminer ce qu'on devoit entendre quant au nom & matière d'appanage; l'an 1454.

10.° *Pii II.* bulla de expeditione in Terram fanctam.

11.° Fragmentum regiftri cameræ apoftolicæ ad annos 1514. &c. in quo variæ locationes-conductiones continentur.

12.° Appellatio *Stephani Viviani,* Canonici Tornacenfis, ad Archiepifcopum Senonenfem, de quadam fententia lata ab Inquifitore hæreticæ pravitatis, tempore Patriarchæ Antiocheni, Epifcopi Parifienfis.

13.° Magiftri *Petri de Rivo* tractatus de futuris contingentibus, refponfalis ad opufculum quoddam Magiftri Henrici de Zoemeren.

14.° Propofitiones per Magiftrum *Henricum de Zoemeren,* ex tractatibus Petri de Rivo & ex confeffatis ab eodem collectæ, cum refponfionibus ejufdem *Petri.*

15.° Anonymi

15.° Anonymi tractatus de veritatibus futurorum contingentium adversùs eumdem Petrum.

16.° Magistri *Fernandi de Corduba* tractatus de eodem argumento.

17.° Determinationes Theologorum Parisiensium, Coloniensium & Lovaniensium circa materiam futurorum contingentium, editæ annis 1470. & 1471.

18.° Eorumdem determinationes contra articulos Nominalium.

19.° Condemnatio cujusdam abusoris privilegiorum Universitatis Parisiensis, lata anno 1410. die Jovis post Ascensionem.

20.° Litteræ *Joannis,* Regis Francorum, pro Universitate Parisiensi adversùs Præpositum Parisiensem, datæ anno 1354.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IV M C L I V.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Æneæ Sylvii,* Episcopi Senensis, oratio ad Imperatorem de bello Turcis inferendo: initium desideratur.

2.° Ejusdem ad Leonardum de Benevolentibus, civem Senensem & ad Venetos Oratorem, epistola de eodem argumento.

3.° *Bessarionis,* Cardinalis Tusculani, oratio ad Franciscum Fuscari, Ducem Venetorum, de Constantinopoli capta.

4.° *Pii II.* Papæ, epistolæ duæ ad Pasqualem Maripetrum Ducem ac concilium Rogatorum Venetiarum, ut Legatos mittant ad conventum Mantuanum.

5.° Ejusdem oratio habita in conventu Mantuano VI. kalendas Octobris anno 1459.

6.° Instrumentum in causa defensionis Catholicæ fidei, quod composuit *Pius II.* Papa, occasione ejusdem conventus.

7.° *Bessarionis,* Cardinalis Tusculani, oratio habita in eodem conventu.

8.° *Pii II.* Papæ, responsio ad Legatos Regis Franciæ in eodem conventu.

9.° *Francisci Patricini,* Senensis, ad Achillem Petruccium de magistratu gerendo epistola.

10.° *Joannis Joffridi,* Cardinalis Attrebatensis, epistola ad Pium II. Papam, de sublata pragmatica sanctione.

11.° *Pii II.* Papæ, epistola gratulatoria ad Ludovicum XI. de sublata pragmatica sanctione.

12.° *Leonardi Justiniani,* Procuratoris S. Marci, epistola ad Alphonsum, Regem Aragonum, de navi quadam retenta apud insulas Baleares.

13.° *Pii II.* Papæ, invectiva in Sigismundum Malatestam, dominum Arimini.

14.° Narratio de morte Francisci Fuscari, Ducis Venetiarum, anno 1457.

15.° *Bernardi Justiniani,* Leonardi Procuratoris filii, oratio in funus ejusdem Ducis.

16.° Ejusdem responsio ad Universitatem Parisiensem, gratias agens quòd ipsa prior eum inviserit.

17.° Ejusdem gratiarum actio ad Ludovicum XI. Galliarum Regem, qui militiæ insignibus eum donaverat.

18.° *Leonardi Justiniani,* Patricii Veneti, oratio in funus Caroli Zeni.

19.° *Pii II.* oratio in susceptione capitis sancti Andreæ, Apostoli.

20.° Sancti *Ignatii,* Martyris, epistolæ duæ ad sanctum Joannem Evangelistam.

21.° Ejusdem ad Mariam Christiferam epistola: sequitur *Mariæ* responsum.

22.° *Nicolai V.* Papæ, epistola ad Constantinum, Romeorum Imperatorem, ut Decretum unionis promulget.

23.° *Bernardi Justiniani,* Leonardi filii, Oratoris designati ad Ferdinandum Siciliæ Regem, oratio ad Pium II. Pontificem: perorata Romæ anno 1468. videtur legendum 1458.

24.° *Pii II.* oratio ad sacrum Cardinalium collegium, quando Senatus Venetus bellum Turcis indixit.

25.° Ejusdem epistola ad Christophorum Maurum, Ducem Venetiarum, ut secum contra Turcos proficiscatur.

26.° Ejusdem epistolæ tres ad Philippum, Burgundiæ Ducem, de eodem argumento.

27.° Ejusdem epistola ad Christophorum Maurum, Ducem Venetiarum, de eodem argumento.

28.° Ejusdem epistola ad Paulum de Campofulgoso, Archiepiscopum & Ducem Januæ.

29.° Epitaphium Pio Papæ II. positum à Francisco, Cardinali Senensi, sororis filio.

30.° *Petri Damiani* sermo de die mortis: est autem ille sermo pia mortis meditatio.

31.° *Lauri Quirini,* Patricii, epistola ad Pium II. pro Cretensibus adversùs Turcos.

32.° *Bernardi Justiniani,* Leonardi filii, Oratoris Legati Veneti, oratio habita apud Sixtum Papam IV.

33.° Ejusdem argumentum circa breve Sixti IV. hortantis Venetos ad pacem cum

Duce Ferrariæ ineundam anno 1482. undè ſecutum eſt interdictum.

34.° *Sixti IV.* epiſtola ad Joannem Mocenigum, Ducem Venetiarum.

35.° Cardinalium epiſtola ad eumdem Ducem Venetiarum.

36.° Reſponſio Ducis Venetiarum Joannis Moncenigo ad epiſtolam Sixti IV. compoſita per *Bernardum Juſtinianum,* Procuratorem.

37.° Ejuſdem reſponſum ad epiſtolam Cardinalium.

38.° Abſolutio interdicti lati in Venetos per Sixtum IV. ob bellum Ferrariæ: quod interdictum Innocentius VIII. Sixti ſucceſſor ſuſtulit.

39.° *Nicolai Sagundinæi,* Euboici, oratio de Mahumetis, Imperatoris Turcorum Ottomanorum, natura, moribus, ingenio, intentione, apparatibus & reliquis conditionibus, poſt expugnatam Conſtantinopolim; ad Alphonſum, Regem Aragonum.

40.° Ejuſdem epiſtola ad Æneam Sylvium, Epiſcopum Senenſem, de Otomanorum Turcorum origine, Regumque nominibus & imperio propagato.

41.° Epiſtolæ *Franciſci Barbari,* è veteri codice à Gabriële Naudæo deſcriptæ: ad calcem ſubjiciuntur varia epitaphia in laudem Franciſci Barbari.

Hujuſce codicis pars major ſæculo decimo quinto videtur exarata.

IVM CLV.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur brevia nonnulla *Pauli* Papæ II. hoc ordine:

1.° Forma brevis ſub plumbo ad diverſos mundi Principes & Reſpublicas de expeditione adversùs Turcas ſuſcipienda.

2.° Breve de eodem argumento ad Philippum, Burgundiæ Ducem.

3.° Breve ad Chriſtophorum Maurum, Venetiarum Ducem, de exactione Decimarum, & oneribus Eccleſiis, eccleſiaſticiſque perſonis impoſitis.

4.° Breve ad eumdem, quo confirmatur plenaria remiſſio ab Alexandro III. conceſſa confluentibus ad templum beati Marci, Evangeliſtæ, in die Aſcenſionis Dominicæ.

5.° Breve ad Patriarcham Venetiarum de hacce conceſſione.

6.° Breve ad eumdem, objurgatorium quòd ſinat Clericos, eccleſiaſticaſque perſonas à laïcis & ſæcularibus officialibus capi & in carcerem detrudi.

7.° Breve ad eumdem, contra eccleſiaſticos viros in ſacerdotio conſtitutos, audientes confeſſiones & abſolventes à caſibus ſedi apoſtolicæ reſervatis.

8.° Breve ad eumdem, contra Ducem & Senatum Venetorum, quòd hactenùs apud eos nihil fuerit concluſum de tollendis oneribus eccleſiaſticis, neque de moderatione Decimarum, neque de libertate eccleſiaſtica ſervanda.

9.° Breve ad Ducem Venetiarum de Decimis per eumdem impoſitis.

10.° Breve ad Patriarcharum Venetiarum de eodem argumento.

11.° Breve ad Matthiam, Hungariæ Regem, de præſtita ab eo per Legatos ſedi apoſtolicæ obedientia.

12.° Breve ad eumdem de muneribus Paulo II. oblatis, & à Paulo II. eidem Matthiæ miſſis.

13.° Breve ad Thomam, Archiepiſcopum Cantuarienſem, de hæreſi Wicleſiſtarum.

14.° Breve ad Philippum, Ducem Burgundiæ, cui Paulus II. mittit agnos cereos, in feſtis Paſchalibus more ſolito conſecratos.

15.° Breve ad Bohemos, ut in fide catholica perſeverent.

16.° Breve ad Comitem Fuxi, quòd palatium Avenionenſe non reſtituat.

17.° Breve ad Conſules & Communitatem Avenionenſem, de ejuſdem palatii reſtitutione.

18.° Breve ad Epiſcopum Narnienſem, Gubernatorem Avenionenſem, de eodem argumento.

19.° Breve ad Capitulum, Conſules & populum Wratiſlavienſem, cæteroſque Catholicos regni Bohemiæ, perſecutionem Huſſitarum patientes.

20.° Breve ad Epiſcopos & Barones regni Bohemiæ, ritum & communionem ſedis apoſtolicæ duntaxat habentes.

21.° Breve ad Patriarcham Venetiarum, quo conceditur unius Decimæ impoſitio in dominio Venetorum.

22.° Breve ad Ludovicum, Regem Franciæ, de rebus Avenionenſibus.

23.° Breve ad ſexdecim Reformatores civitatis Bononienſis, item ad Legatum Bononienſem.

24.° Breve ad Archiepiſcopum Colonienſem, ſuper derogatione libertatis eccleſiaſticæ in regno Hungariæ; item ad Archiepiſcopum Strigonienſem.

25.° Breve ad Matthiam, Hungariæ Regem, de eodem argumento.

26.° Breve ad Chriſtophorum Maurum,

Ducem Venetiarum, ejusque consilium, de collectis & oneribus Ecclesiis, ecclesiasticisque personis impositis, remittendis.

27.° Breve ad Priores libertatis, Vexilliferum justitiæ & populum Florentinum, de Deiphebo Anguillaria, profugo.

28.° Breve ad Regem Poloniæ, ut Marinum Collectorem Apostolicum sibi destinare procuret debita animadversione puniendum.

29.° Breve ad universos Prælatos, Magistros militiarum, proceres& communitates regni Castellæ, à Rege dissidentes.

30.° Breve ad Henricum, Castellæ & Legionis Regem, de eodem dissidio & schismate.

31.° Breve ad Regem Hungariæ, quo eum à fœdere & pace cum Turcis initis, revocat sub pœna interdicti.

32.° Breve ad Ducem Venetiarum de eodem argumento.

33.° Breve ad eundem de consilio occupandæ Cæsenæ & de Decimis.

34.° Breve ad Patriarcham Venetiarum, de Decimis.

35.° Breve ad Ducem Venetiarum de immunitate ecclesiastica non violanda.

36.° Breve ad eundem de civibus Favensibus, à quibus Sigismundus tributum exigebat.

37.° Breve ad Ferdinandum, Siciliæ Regem, de Francisco Forcia, Mediolani Duce.

38.° Copia litterarum dominii Venetiarum ad sanctissimum Papam Paulum II. quibus queritur de Legatis summi Pontificis: sequitur responsio *Pauli II.* qua Legatos suos purgat.

39.° *Pauli II.* breve ad Fridericum, Romanorum Imperatorem, de processu adversùs Georgium, qui se dicebat Bohemiæ Regem.

40.° Ejusdem breve ad Albertum, Marchionem Brandeburgensem, de eodem argumento.

41.° Ejusdem breve ad Georgium, Bohemiæ Regem, ut coram judicibus à summo Pontifice delegatis compareat & eorum sententiam expectet.

42.° Ejusdem breve ad Albertum, Marchionem Brandeburgensem, quo vetat ne idem Albertus cum Georgio, Bohemiæ Rege, affinitate conjungatur.

43.° Ejusdem breve ad Episcopum Bambergensem, quo vetat ne ipse aut aliquis ex ejus diœcesanis celebrationi earum nuptiarum intersit, aut contrahentibus benedicat.

44.° Ejusdem breve ad Fridericum, Romanorum Imperatorem, de eodem Georgio, Bohemiæ Rege.

45.° Ejusdem breve ad Consules & Communitatem Wratislavienses, de eodem argumento.

46.° Ejusdem breve ad Episcopum Laventinensem, de eodem argumento.

47.° Ejusdem breve ad Episcopum Eystetensem, de eodem argumento.

48.° Ejusdem breve ad Tantinum de Valle, Capellanum, de bello adversùs Turcas suscepto.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IVM CLVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Pauli II.* epistolæ ad diversos mundi Principes, ab anno 1464. ad annum 1466. eædem omnino sunt, quæ præcedentes.

Is codex anno 1672. exaratus est.

IVM CLVI. *A.*

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur *Pauli II.* epistolæ ad diversos mundi Principes, ab anno 1464. ad annum 1466.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IVM CLVI. *B.*

Codex chartaceus, à DD. de Noailles, Franciæ Marescallo, bibliothecæ Regiæ donatus. Ibi continentur bullæ legationis in Francia Georgio de Ambasia, Cardinali Rothomagensi, datæ ab *Alexandro VI.* anno 1501. subjiciuntur ad calcem facultates ab eodem summo Pontifice eidem Legato concessæ.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CLVI. *C.*

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Bulla interdicti data à *Julio II.* anno 1509. adversùs Ducem Venetiarum ejusque terras; accedunt varia instrumenta publica ad idem interdictum pertinentia: præmittuntur 1.° elogium Principis Walstain: 2.° exhortatio Angeli Provincialis ad Imperatorem & Reges Austriacos de pace ineunda.

2.° L'idea del favorito; discorso d'*Ascanio Philomarino*.

3.° Discorso de' Cardinali, Soggetti Papabili, anni 1630.

4.° Litteræ Legati Hiſpaniarum Regis de eodem argumento: Hiſpanico idiomate.

5.° Copie d'une lettre écrite par M.r *de Montmorency* à Madame ſa femme, une heure devant qu'il mourût.

6.° Lettera di *Ludovico Zambectari* al Papa Urbano VIII. anno 1633.

7.° Riſpoſta del Papa alle quattro Vergini.

8.° Variæ litteræ politicæ: Hiſpanico, Italico & Latino idiomate ſcriptæ, annis 1632. 1633. 1634.

9.° Raguagglio dell' ultima adunanza tenutaſi in Parnaſo, con l'occaſione delle eſſequie del ſignor Duca di Feria, 15. Genuaro 1634.

10.° Inſtructio pro examine illorum teſtium qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in curia eminentiſſimi Cardinalis, urbis Vicarii, quàm in aliis curiis cæterorum Ordinariorum.

11.° Articles & conditions accordés entre le Roy & les E'tats généraux des Provinces unies, par le ſieur Baron de Charnacé l'an 1634. pour la levée d'un régiment de gens de pied, François, & d'une compagnie de Cavalerie.

12.° Articles concernant les interrêts que le Roy de France a à démêler avec le Roy d'Eſpagne, remis à Meſſieurs les E'tats généraux par le ſieur de Charnacé.

13.° Traitté fait à la Haye le 24. Avril 1634. par le ſieur Baron de Charnacé, au nom du Roy Très-chrétien, avec Meſſieurs les E'tats généraux des Provinces unies.

14.° Primarii cujuſdam viri in ſtateram belli & pacis judicium.

15.° Trattato frà il Rè & il Duca di Savoia; fatto à S. Germano, alli 5. di Maggio 1632.

16.° Extrait du traitté du Roy avec le Duc de Lorraine au camp devant Nancy, l'an 1633. on trouve à la ſuite le traitté même.

17.° Lettres du Roy *Louis XIII.* aux Gouverneurs des provinces, du 29. Septembre 1633.

18.° Renovatio fœderis & amicitiæ inter Ludovicum XIII. Galliarum Regem, & regnum Franciæ ex una; & Chriſtinam, Reginam Sueciæ, regnumque Sueciæ ex altera parte; ob recuperationem libertatis Principum Statuumque Germaniæ: inita Heilbron anno 1633. die 9. Aprilis.

19.° Lettres de la Reine mere au Roy & au Cardinal de Richelieu.

20.° Trattato di Monſieur col Rè di Spagna.

21.° Copie d'une lettre du Cardinal *de Richelieu* au Cardinal Antoine.

22.° Scrittura data della parte del Rè Chriſtianiſſimo all' Ambaſciatore del Rè Catolico, reſidente a Parigi: inſeguita d'un' altra ſcrittura data ſopra la negotiatione d'una pace generale nella chriſtianità.

23.° Epiſtola *Ludovici de Bourbon,* Ducis d'Anguien, ad Cardinalem Ducem de Richelieu.

24.° Lettere del Principe *Borſo* al Conte Adamo Terzica, con le riposte del Conte Adamo: anno 1633.

Is codex decimo ſeptimo ſæculo videtur exaratus.

ivM CLVII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur brevia & epiſtolæ ſummorum Pontificum: illarum nonnullæ ad Franciſcum I. datæ ſunt.

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

ivM CLVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur variæ bullæ *Leonis X. Clementis VIII. Pauli III. Julii III. Pauli IV. Pii IV. & Gregorii XIII.*

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

ivM CLIX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Pii IV.* Papæ, bulla de reductione, ſive ſæculariſatione Abbatiæ Aureliacenſis apud Arvernos, data anno Chriſti 1561. ſequuntur aliæ Pontificum bullæ ad eamdem Abbatiam pertinentes.

Is codex partim decimo ſexto, partim decimo ſeptimo ſæculo exaratus videtur.

ivM CLX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur variæ bullæ *Gregorii XIII. & Clementis VIII.*

Is codex ſæculo decimo ſexto exaratus videtur.

ivM CLXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Sacri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcoporum Preſbyterorum & Diaconorum Cardinalium collegii conſtitutiones, editæ anno 1546. in ſecreto conſiſtorio.

2.° Profeſſoris cujuſdam Itali proluſiones in rhetoricam & in philoſophiam.

3.° Lettres d'*Edouard,* Prince de Galles,

contenant le traité de Bretigny, en l'année 1360.

4.° Anonymi ars notoria de futuris contingentibus.

5.° Breviarium *Alhandriæ*, summi Astrologi, de scientia, qualiter ignota nullo indicante investigari possit.

6.° Liber *Amblandii* & *Hermetis* de spatula.

7.° Liber *Abdalabeni* de spatula.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CLXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur acta visitationis Ecclesiarum Pedemontis, authoritate Gregorii XIII. factæ anno 1585. ab Angelo Perutio, Episcopo Sarsinatensi: præmittitur facultas visitandi easdem Ecclesias, concessa anteà Hieronymo Scarampo, Episcopo Campaniensi & Satriensi, anno 1582.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

IVM CLXIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur formularium vetus litterarum apostolicarum quæ ab Urbano IV. ad Clementem usque VI. obtinuerunt.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IVM CLXIV.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur formularium instrumentorum ecclesiasticorum, tunc in usu cùm curia Romana apud Avenionem degeret.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IVM CLXV.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur formulare instrumentorum, seu summa notariæ circa annum 1336. digesta: accedit *Clementis VI.* bulla de reductione Jubilæi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CLXVI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur opus inscriptum: Summa dictaminis secundùm stylum curiæ Romanæ: authore Magistro *Richardo de Pophis.*

Is codex sæculo decimo quarto videtur exaratus.

IVM CLXVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur summa dictaminis, sive stylus Romanæ curiæ: authore *Richardo de Pophis.*

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CLXVII. *A.*

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° Summa dictaminis, sive stylus Romanæ curiæ: authore *Ricardo de Pophis;* ferè dimidia pars desideratur.

2.° *Nicolai de Treveth* chronicon ab anno 1126. ad annum 1307.

3.° Constitutiones Benedictinæ super reformatione Monachorum nigrorum, latæ anno 1335. per *Benedictum* Papam XII.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CLXVIII.

Codex membranaceus, quo continetur ars dictaminis, sive stylus Romanæ curiæ: authore *Richardo de Pophis.*

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CLXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur formularium cancellariæ apostolicæ, ex alio vetustiore codice descriptum, per *Theodericum de Nyem.*

Is codex anno 1380. exaratus est.

IVM CLXX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur registrum cancellariæ apostolicæ, confectum per *Theodericum de Nyem.*

Is codex sæculo decimo septimo exaratus est.

IVM CLXXI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur formularium cancellariæ apostolicæ, tempore Urbani VI.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IVM CLXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur formulæ litterarum apostolicarum à Clementis VI. temporibus ad Leonem usque X.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CLXXIII.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur bullarum & rescriptorum curiæ Romanæ formulæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CLXXIV.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur bullarum & rescriptorum curiæ Romanæ formulæ.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CLXXV.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur bullarum & rescriptorum curiæ Romanæ formulæ.

Is codex anno Christi 1611. exaratus dicitur.

IVM CLXXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is est titulus: Formulæ supplicationum sacri fori pœnitentiariæ.

Is codex anno Christi 1612. exaratus dicitur.

IVM CLXXVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur variæ formulæ provisionum, absolutionum & aliarum expeditionum curiæ Romanæ, à tempore Clementis VII. ad Pium V.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CLXXIX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tractatus procurationum, sive formularium scribendarum procurationum ad resignanda beneficia, vel ad alias quascumque res.

2.° Formularium diversarum aliarum expeditionum, præcipuè pro Episcopatibus Carnotensi & Meldensi.

3.° Facultates Ludovici de Canossa, Episcopi Tricaricensis, Nuntii ad Christianissimum Francorum Regem Franciscum, ac universam Galliam, cum potestate Legati de latere missi anno 1514.

4.° Protocollum expeditionum ecclesiasticarum, maximè civitatis & diœcesis Meldensis.

5.° Protocollum beneficiorum ecclesiasticorum civitatis & diœcesis Meldensis.

6. Nomina Archiepiscoporum & Episcoporum existentium in regno Franciæ.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CLXXX.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Dispensationes matrimoniales per officium minoris gratiæ.

2.° Notabilia quædam circa expeditiones Romanæ curiæ.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CLXXXI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur variæ expeditiones curiæ Romanæ sub Gregorio XIII.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CLXXXII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur variæ expeditiones factæ in curia Romana.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CLXXXIII.

Codex chartaceus, quinque voluminibus constans, olim Colbertinus. Ibi continetur collectio diversarum litterarum, formarum & processuum secundùm stylum curiæ Romanæ, in quinque partes distributa.

Is codex circa annum 1672. exaratus est.

IVM CLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur operis cujusdam ad jus canonicum pertinentis, libri tertius, quartus & quintus: est autem stylus Romanæ curiæ.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IVM CLXXXV.

Codex chartaceus, quo continetur formulare novum curiæ Romanæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IVM CLXXXVI.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continetur protocollum Romanæ curiæ.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CLXXXVII.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Protocollum curiæ Romanæ juxta ordinem alphabeti dispositum: ad calcem protocolli repertorium subjicitur.

2.° Notitia Ecclesiarum metropolitanarum cum suis Suffraganeis in Gallia.

3.° Notabilia & regulæ cancellariæ apostolicæ.

4.° Estimatio valoris archiepiscopalium

& episcopalium Ecclesiarum, necnon Monasteriorum & aliorum Beneficiorum consistorialium, sub eisdem existentium.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CLXXXVII. A.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continetur praxis rei beneficiariæ, quæ ineunte sæculo decimo sexto obtinuit in curia Romana.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CLXXXVII. B.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur opus cujus titulus: Praxis rei beneficiariæ circa modum obtinendi provisiones & alias litteras apostolicas.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IVM CLXXXVIII.

Codex membranaceus, quo continetur liber censuum Romanæ Ecclesiæ: authore *Cencio*, Camerario.

Is codex, Pio II. sedem Romanam obtinente, exaratus est.

IVM CLXXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Registrum patrimonii beati Petri in Tuscia, compositum anno 1291. à *Raynaldo*, Episcopo Senensi.

2.° Descriptio provinciæ patrimonii & civitatis Sabinæ.

Is codex vergente sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IVM CXC.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Quaternio notarum, vel instrumentorum spectantium terras Romanæ Ecclesiæ, anno 1367. factus jussu Arnaldi, Archiepiscopi Auscitani & S. Romanæ Ecclesiæ Camerarii.

2.° Tabula gentium, armorum, aliorumque existentium in servitio D. Papæ & D. Roberti, Cardinalis Gebennensis, apostolicæ sedis Legati in Italia, anno 1376.

3.° Rubricæ privilegiorum Romanæ Ecclesiæ.

5.° Allegationes adversùs postillam Fratris Petri Joannis in Apocalypsim, factæ tempore Joannis XXII.

5.° Privilegia ecclesiæ Segobricensis.

6.° Liga facta inter D. Anglicum, Episcopum Albanensem & Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, nomine Gregorii XI. & pro Nicolao & Alberto fratribus, Marchionibus Estensibus, ex parte una; & inter Procuratorem D. Salvatici, Matthæi, Nicolai & Guidonis fratrum, & filiorum D. de Boiardis, ex altera parte: anno 1371.

7.° Epistola Cardinalium partis Benedicti XIII. ad eum scripta ex concilio Pisano, anno 1409. cum glossis Patriarchæ Antiocheni.

8.° Bulla *Honorii III.* qua confirmat compositionem factam inter Episcopos Orientales & Gaufridum, Principem Achaiæ, & alios magnates, anno 1216.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Provinciale omnium Ecclesiarum metropolitanarum cum Suffraganeis.

2.° *Honorii II. Lucii II. Innocentii II. Alexandri II.* & *Eugenii III.* bullæ de privilegiis ecclesiæ beatæ Mariæ de Bariolis in diœcesi Forojuliensi.

3.° *Bonifacii VIII.* epistola ad Episcopum Massiliensem, de modo colligendi decimas impositas in provinciis Aquensi & Arelatensi, anno 1301.

4.° Consilium datum Benedicto XI. super restitutione Cardinalium de Columna, depositorum à Bonifacio VIII.

5.° Inventarium litterarum *Joannis XXII.* missarum in patrimonium beati Petri anno 1323. & sequentibus.

6.° *Joannis XXII.* bulla qua confirmat electionem Landulfi Bulcani, Episcopi Cassanensis, anno 1325.

7.° Bulla *Benedicti XII.* pro reformatione ordinis sancti Benedicti.

8.° Alia ejusdem bulla, qua superiorem mitigat.

9.° Supplicatio Cistercíensium ad eumdem Benedictum, adversùs varia capita primæ bullæ.

10.° Expensæ factæ in & pro prosecutione ac expeditione tractatuum matrimonii Comitis de Belloforti, Vicecomitis Turennæ; & pro reformanda pace inter Comitem Convenarum & Comitissam Urgelli; per Bertrandum, Episcopum, domini Papæ Thesaurarium, anno 1349. & sequentibus.

11.° *Urbani V.* epistolæ duæ ad Joannem Palæologum, Imperatorem Græcorum, &

ad Ludovicum, Regem Hungariæ, de revocanda concordia inter Ecclesias & de bello sacro: anno 1366.

12.° Bulla *Clementis VII.* qua concedit Judæis ne trahantur ad forum Inquisitorum hæreticæ pravitatis; anno 1393.

13.° Articuli abusus curiæ domini Auditoris cameræ continentes; ac responsiones & remedia advisata per dominos super hoc ad consilium vocatos.

14.° Taxationes litterarum curiæ cameræ apostolicæ.

15.° Inventarium spoliorum domini Angeli, Archiepiscopi Patracensis.

16.° *Stephani,* Archiepiscopi Capuani, epistola ad Gregorium XI. super statu præceptoriæ Capuanæ ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, anno 1373.

17.° Statuta pro recto regimine religionis S. Joannis Hierosolymitani, in quinquaginta sex capitulis, missa ad Romanum Pontificem; cujus nomen non comparet.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber cujus is est titulus: Provinciale correctum secundùm modum modernum omnium subjectorum Ecclesiæ sacro. sanctæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCII. A.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur taxæ cancellariæ apostolicæ.

Is codex anno 1474. exaratus est.

IVM CXCII. B.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur taxæ cancellariæ apostolicæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCII. C.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur taxæ cancellariæ apostolicæ.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCIII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur taxæ cancellariæ & cameræ apostolicæ, cum certis notabilibus; juxta modernum stylum Romanæ curiæ noviter extractæ.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCIV.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur taxæ Episcopis & Abbatibus subditis ab Ecclesia Romana impositæ: ad calcem subjiciuntur officiorum Romanæ curiæ nomina.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCV.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Taxæ Ecclesiarum & Monasteriorum.

2.° Provinciale omnium mundi Ecclesiarum.

3.° Forma obligationis quæ præstatur in camera apostolica per Prælatos, pro eorum communibus & minutis servitiis.

4.° Modus dividendi quinque minuta servitia cameræ & collegii.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCVI.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur taxæ Beneficiorum.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCVI. A.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur taxæ expeditionum in curia Romana.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CXCVII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur decreta Congregationis sacrorum rituum, ab anno 1602. ad an. 1614.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IVM CXCVIII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur decisiones Rotæ ab anno 1376. ad annum 1381. sub certis quibusdam capitulis collectæ: authore *Guillelmo Horborch,* Alemanno, & sacri palatii causarum Auditore.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CXCIX.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur decisiones Rotæ ab anno 1376. ad annum 1381. sub certis capitulis digestæ: authore *Guillelmo Herboch,* sacri palatii causarum Auditore.

Is codex

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IV M CC.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Bertrandi de Arnassana*, sacri palatii causarum Auditoris, decisiones Rotæ, sub certis quibusdam capitulis digestæ, anno 1404.

2.° *Guillelmi Horboch*, Alemanni, Rotæ decisionum collectio.

Is codex Mantuæ anno 1419. exaratus est.

IV M CCI.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur decisiones *Antonii Augustini*, Auditoris Rotæ, posteà Archiepiscopi Tarraconensis.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IV M CCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Constitutiones à *Petro de Castaneto*, Archidiacono Belvacensi, domini Papæ Capellano, Spoletani Ducatus in spiritualibus & temporalibus pro sancta Romana Ecclesia Vicerectore generali, anno 1333. editæ.

2.° Ordo Romanus de consuetudinibus & observantiis Romanæ Ecclesiæ in præcipuis solemnitatibus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IV M CCIII.

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continentur statuta Basilicæ sanctorum Laurentii & Damasi de Urbe, compilata & scripta à *Joanne Odinos*, Notario, anno Christi 1425. præmittitur capitum index manu recentiore exaratus.

IV M CCIII. *A*.

Codex chartaceus, olim D. de Cangé. Ibi continentur statuta Ecclesiæ sancti Martini Turonensis.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IV M CCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Constitutiones Canonicorum Regularium, editæ à *Benedicto XII.* Papa; initium desideratur.

2.° Ejusdem constitutiones, sive statuta Monachorum nigrorum.

3.° Ejusdem constitutiones extravagantes.

4.° Ejusdem ordinationes, sive statuta Monachorum ordinis Cisterciensis.

5.° Ejusdem constitutiones, sive statuta ordinis Fratrum Minorum: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IV M CCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Constitutiones Canonicorum Regularium, factæ per dominum *Benedictum* Papam XII.

2.° Ejusdem constitutiones de statu Monachorum nigrorum.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IV M CCVI.

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continetur liber cujus is est titulus: institutiones & consuetudines novitiorum & juvenum domus sancti Victoris Parisiensis.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IV M CCVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi expositio in regulam sancti Augustini.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IV M CCVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Regula sancti *Benedicti*.

2.° Anonymus de ratione & ordine solemnitatum ac festivitatum: multa sub finem desiderantur.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IV M CCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Regula sancti *Benedicti*.

2.° *Evaristi*, Papæ, epistola ad Ægyptios.

Is codex undecimo sæculo exaratus videtur.

IV M CCX.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur *Smaragdi*, Abbatis sancti Michaëlis ad Mosam, expositio in regulam sancti Benedicti: præfixa præfatio versibus elegiacis.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCXI.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continetur *Smaragdi,* sancti Michaëlis ad Mosam Abbatis, commentarius in regulam sancti Benedicti: initium desideratur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Smaragdi,* Abbatis, expositio in regulam sancti Benedicti.

2.° Vita sancti Ambrosii, Episcopi Mediolanensis: authore *Paulino,* Presbytero.

3.° *Hildefonsi,* Episcopi Toletani, libellus de virginitate beatæ Mariæ: finis desideratur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Smaragdi,* Abbatis, commentarii in regulam sancti Benedicti: nonnulla sub finem desiderantur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Commentarius in regulam S. Benedicti: authore *Smaragdo,* Abbate; maxima pars desideratur.

2.° Sancti *Ambrosii* officiorum libri tres.

3.° Ejusdem liber de duodecim abusivis sæculi.

4.° Ejusdem libri duo de excessu fratris sui Satyri.

5.° Passio sanctæ Agnetis: versibus elegiacis.

6.° Accusatio adversùs Susannam: versibus elegiacis.

7.° Defensio Daniëlis: versibus elegiacis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Nicolai Ellenbog* enarrationes in regulam sanctissimi Patris Benedicti.

2.° *Theodemari,* Abbatis Cassinensis, epistola ad Carolum Magnum.

Is codex authoris ipsius manu anno 1513. exaratus est.

IVM CCXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi commentarius in regulam sancti Benedicti.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CCXVI. A.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur:

1.° Privilegia Romanorum Pontificum pro congregatione Montis Cassini, aliàs S. Justinæ de Padua in Transalpinis, quibus gaudet congregatio Casalina ex concessione Leonis Papæ X.

2.° Liber cæremoniarum Monachorum nigrorum ordinis sancti Benedicti, sub congregatione Casalis Benedicti militantium.

3.° Statuta & privilegia congregationis Casalis Benedicti.

4.° D. *Balthazar de Cordes,* Præceptoris monasterii Vincentini, reformationis congregationis Casalinæ, opusculum de syllabarum quantitate, divina officia canentibus perutile.

5.° Matricula, sive registerium venerabilium Patrum & Fratrum congregationis Casalinæ, actum anno 1519.

5.° Alia statuta congregationis Casalis Benedicti, ab anno 1517. ad annum 1630. edita.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCXVII.

Codex membranaceus, primùm Jacobi Augusti Thuani, posteà Colbertinus. Ibi continentur consuetudines ordinis Cartusiensis, tribus libris comprehensæ: præmittitur capitum index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur statutorum ordinis Cartusiensis pars prima: conjectæ ad marginem glossæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IVM CCXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur statutorum ordinis Cartusiensis pars prima: conjectæ ad marginem glossæ.

Is codex anno 1484. exaratus est.

IVM CCXX.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur statutorum ordinis Cartusiensis

pars secunda: conjectæ ad marginem glossæ.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IV M CCXXI.

Codex membranaceus, olim Puteanus. Ibi continentur:

1.° Ordinis Cisterciensis origo, statuta, usus & officia ecclesiastica.

2.° *Ivonis*, Carnotensis, epistolæ.

3.° Ejusdem sermones.

4.° *Lucii*, Papæ, & aliorum rescripta pro monasterio Lirensi.

5.° Vetus librorum ejusdem monasterii catalogus.

6.° Liber censuum & ecclesiarum ad idem monasterium pertinentium.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXI. *A.*

Codex membranaceus, nuper comparatus, quo continentur statuta & ordinationes super reformatione monasteriorum Religiosorum & Religiosarum civitatis & suburbiorum Metensium, editæ per *Georgium*, Episcopum Metensem, anno 1481.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXI. *A.2.*

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur pragmatica sanctio edita à *Carolo VII.* Rege Francorum, anno 1438.

Is codex anno 1453. à Petro Patri, Notario apostolico & regio exaratus est.

IV M CCXXI. *A.3.*

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur libellus cujus titulus: Gista Regis; id est, procurationes Regi debitæ ab Episcopis & Abbatibus.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXI. *B.*

Codex chartaceus, nuper comparatus, quo continetur tractatus quorumdam jurium & privilegiorum Universitatis Parisiensis: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IV M CCXXI. *B.2.*

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur statuta, ordinationes, inventaria & assignationes redituum collegii de Marchia, Parisiis fundati per Guillelmum de Marchia & Beuvinum de Univilla: præmittuntur *Joannis*, Patriarchæ Constantinopolitani, Ecclesiæ Parisiensis perpetui Administratoris, litteræ quibus supra dicta statuta approbantur.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXI. *C.*

Codex membranaceus, quo continentur statuta Universitatis Tholosanæ.

Is codex partim decimo quarto, partim decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IV M CCXXI. *D.*

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Constitutiones Academiæ Tholosanæ.

2.° Quæstiones Dominicales & veneriales Magistri *Barth. Brixiensis.*

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur vetera statuta & privilegia Universitatis Tolosanæ, sæculo decimo septimo à Stephano Baluzio descripta.

IV M CCXXII. *A.*

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Statuta & privilegia collegii sanctæ Catharinæ in civitate Tholosa, aliàs collegii Pampilonensis.

2.° Statuta & privilegia collegii sancti Martialis in eadem civitate.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur fundationes & statuta collegiorum Tolosanorum, de Verdala nempè, S. Martialis, Magalonensis, Petragoricensis, Pampilonensis sive sanctæ Catharinæ, & Fuxensis.

Is codex sæculo decimo septimo, Stephani Baluzii manu exaratus est.

IV M CCXXIII. *A.*

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur statuta & privilegia Universitatis, sive Studii Aurelianensis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXIII. *B.*

Codex chartaceus, quo continentur:

1.° Leges sive statuta Cantabrigiensis Academiæ: præmittuntur litteræ *Elizabethæ*,

Reginæ, de observatione eorumdem statutorum.

2.° Statuta & ordinationes collegii, sive aulæ Mariæ Valentiæ, communiter nuncupatæ *Pembrocke Hall,* in Universitate Cantabrigiæ: præmittitur narratio de fundatione ejusdem collegii, & subjicitur ad calcem catalogus sociorum ejusdem collegii, ab anno 1343. ad annum 1629.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

TRACTATUS JURIS CANONICI.

IV M CCXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Benedicti,* Episcopi Massiliensis, tractatus fidei contra diversos errores, super titulum de summa Trinitate & fide catholica in Decretalibus: ad calcem subjiciuntur 1.° ejusdem tractatus epitome: authore eodem; 2.° expositio orationis Dominicæ & salutationis Angelicæ; 3.° opusculum de Decimis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Bertrandi,* Doctoris Aurelianensis, tractatus de potestate ecclesiastica & sæculari: initium desideratur.

2.° *Nicolai Tudeschi,* Abbatis Maniacensis, tractatus, quòd annus executori ad exequendum testamentum à jure præfixus, minimè currit executori legitimè impedito: initium desideratur.

3.° Ejusdem repetitio in cap. *Ecclesia S. Mariæ,* Extr. *De constitutionibus:* composita anno 1425. in civitate Senarum.

4.° Ejusdem repetitio in cap. *Licet,* de rerum permutatione, in Sexto.

5.° Quadraginta quæstiones, & ipsarum solutiones super quibusdam dubiis in materia permutationum beneficiorum: editæ per *Fridericum,* Abbatem Senensem.

6.° *Petri de Ancharano,* repetitio in cap. *Ea quæ fiunt à judice:* de regulis juris, in Sexto; sive de mixtura jurisdictionis ecclesiasticæ & sæcularis: dictata anno 1400. in civitate Bononiensi.

7.° Ejusdem repetitio in cap. *Peccatum:* de regulis juris, in Sexto.

8.° *Nicolai Tudeschi,* Abbatis de Sicilia, repetitio in § *Qui verò:* cap. *Extirpandæ,* de præbendis: anno 1425.

9.° *Joannis de Lignano* tractatus de pluralitate beneficiorum.

10.° *Petri Francisci de Perusio* tractatus super quarta & canonica portione.

11.° *Francisci,* Episcopi Clusini, allegationes de materia quartarum.

12.° *Dominici de Sancto Geminiano* quatuor dubia de Decimis solvendis.

13.° *Francisci de Zabarellis* repetitio in cap. *Dignum,* de celebratione missarum, in Clementinis.

14.° Tractatus schismatis, editus in cap. *Licet,* de elect. per *Franciscum de Zabarellis* de Padua, tempore concilii Pisani.

15.° *Dominici de Sancto Geminiano* tractatus super congregatione concilii Pisani; editus anno 1409.

16.° Dubia quæ occurrunt aliquando super sanguine Christi in altari.

17.° Bulla *Benedicti XIII.* de anno primo, qua dispositioni suæ reservat omnia beneficia vacantia & vacatura.

18.° Tractatus *Joannis de Segobia,* Canonici Toletani, super neutralitate & protestationibus factis per quosdam Oratores quorumdam Principum, intendentium declinare ad tempus ab obedientia sacri Basileensis concilii.

19.° *Calixti III.* bulla ad Principes Christianos, de bello adversùs Turcas suscipiendo.

20.° Ejusdem bulla excommunicationis adversùs Hæreticos.

21.° *Pauli II.* bulla excommunicationis adversùs Hæreticos.

22.° Forma juramenti per Petrum Guillelmum Rocca, Archiepiscopum Salernitanum, præstiti in manibus domini Francisci, Cardinalis Mantuani, anno 1471.

23.° Somnium Pantasii Lesicani de origine potestatis Romani Pontificis: finis desideratur.

24.° *Pauli II.* bulla excommunicationis adversùs Hæreticos & Georgium regni Bohemiæ occupatorem; & adversùs quoscumque bonorum ecclesiasticorum invasores.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IV M CCXXVI.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Petri Bertrandi,* Æduensis Episcopi, tractatus de jurisdictione ecclesiastica, adversùs Petrum de Cugneriis.

2.° *Bonifacii VIII.* epistola missa ad Philippum, Regem Franciæ: sequitur hujus responsum.

3.° Oraison faite aux trois Etats par Messire *Jean des Ursins.*

4.° Itinerarium *Antonini,* Monachi.

5.° *Caroli VII.* sanctio pragmatica, edita anno 1438.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri Bertrandi* tractatus de jurisdictione ecclesiastica, adversùs Petrum de Cugneriis: in hoc codice duo exemplaria ejusdem operis compacta fuerunt.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXVIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur *Petri Bertrandi* libellus de jurisdictione ecclesiastica, adversùs Petrum de Cugneriis.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IV M CCXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Ægidii de Roma* tractatus de ecclesiastica potestate.

2.° *Jacobi de Viterbio,* ordinis Eremitarum sancti Augustini, opusculum de regimine Christiano.

3.° Libellus contra Infideles & inobedientes & rebelles Romanæ Ecclesiæ ac summo Pontifici: authore *Ægidio Spiritali de Perusio,* Doctore Decretorum.

4.° *Henrici de Cremona,* Episcopi Regiensis, opus perfectum, comprobans Papam dignitatem & potestatem ubique in spiritualibus & temporalibus totaliter obtinere.

Is codex partim decimo quarto sæculo, partim decimo quinto exaratus videtur.

IV M CCXXX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Alexandri de Sancto Elpidio,* ordinis Eremitarum sancti Augustini, tractatus de ecclesiastica potestate: inserta est donatio *Constantini Magni* facta Ecclesiæ Romanæ.

2.° Ejusdem expositio in principium evangelii secundùm Joannem.

3.° Ejusdem epitome librorum sancti Augustini de civitate Dei.

4.° Sancti *Isidori,* synonymorum, sive soliloquiorum liber.

5.° Fratris *Dionysii de Colle,* ordinis Eremitarum sancti Augustini, tractatus de fato & præscientia divina.

6.° Testimonia duodecim Patriarcharum de Christo.

7.° Tractatus de Antichristo.

8.° Excerptum ex tractatu Origenis de novem festivitatibus in Veteri Testamento.

9.° *Bernardi Oliverii,* ordinis Eremitarum sancti Augustini, tractatus contra Judæos.

10.° Fratris *Ricoldi,* Florentini, ordinis Prædicatorum, disputatio contra Saracenos & Alcoranum.

11.° Tractatus qui mensa pauperum inscribitur: authore *A.* ordinis Eremitarum sancti Augustini.

Is codex decimo quarto sæculo exeunte exaratus videtur.

IV M CCXXXI.

Codex membranaceus, quo continetur *Augustini de Ancona,* ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, summa de ecclesiastica potestate: præfixus quæstionum index.

Is codex anno 1467. exaratus est.

IV M CCXXXII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Fratris *Petri de Palude,* ordinis Fratrum Prædicatorum, tractatus de causa immediata ecclesiasticæ potestatis.

2.° *Hervæi Natalis,* ordinis Prædicatorum, tractatus de ecclesiastica potestate.

3.° *Hermanni de Scildit,* ordinis Eremitarum sancti Augustini, tractatus contra Hæreticos negantes immunitatem & jurisdictionem Ecclesiæ, in tres partes distributus: pars tertia desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXXIII.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur *Petri de Palude,* ordinis Prædicatorum, Hierosolymitani Patriarchæ, tractatus de causa immediata ecclesiasticæ potestatis.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXXXIV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Hugonis Grotii* de imperio summarum potestatum circa sacra liber, in duodecim capita divisus.

2.° Copie du testament de feu M.r *Grotius*.

3.° Ejusdem *Grotii* operum editorum & ineditorum catalogus.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IVM CCXXXV.

Codex chartaceus, olim Nicolai Rigaltii. Ibi continetur *Hugonis Grotii* tractatus de imperio summarum potestatum circa sacra: subjectus capitum index; præmittuntur verò nonnulla de Aurelii & Jesuitarum dissidiis circa populorum instruendorum & confessionum audiendarum facultatem, manuumque impositionem in sacramento Confirmationis usurpari solitam.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus est.

IVM CCXXXVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *G.* Richerspergensis Præpositi, commentarius in psalmum sexagesimum quartum: totus autem in eo author est ut summo Pontifici potestatem tam in spiritualibus quàm in temporalibus asserat: sequitur *Eugenii*, Papæ, ad eundem epistola.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IVM CCXXXVII.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur *Antonii Rosselli* de monarchia mundi libri tres; sive de potestate Imperatoris, Papæ ac Concilii, & an apud Papam sit potestas utriusque gladii, & de materia Conciliorum commentarius.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXXXVIII.

Codex chartaceus, duobus constans voluminibus, olim Abbatis Fleury, historiæ ecclesiasticæ scriptoris, & ex illius bibliotheca in regiam illatus. Ibi continetur defensio declarationis Cleri Gallicani de ecclesiastica potestate, 19. Martii 1682. eaque libris quindecim comprehensa: authore *Jacobo Benigno Bossuet*, Episcopo Meldensi.

IVM CCXXXIX.

Codex chartaceus, olim Memmianus. Ibi continetur anonymi opus inscriptum: dialogus investigationis veritatis falsitatisve certarum propositionum in quodam tractatu insertarum de Papæ præeminentia supra Concilium, sive supra universalem Ecclesiam; & tandem inquisitivus, an Papa pro solo scandalo, hæresi seclusa, valeat per Ecclesiam corripi, sive judicari; cujus dialogi quatuor sunt disputationes: præmittitur rerum index.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXXXIX. A.

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur tractatus de disciplina ecclesiastica & autoritate regia in regno Siciliæ.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CCXL.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur *Joannis Berthachini de Firmo* tractatus de Episcopo & illius officiis, in quatuor libros divisus: subjectus capitum index.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXLI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur tractatus de statu & officiis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium: authore *Joanne Schadlandt*, Episcopo Culmensi.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXLII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Bernardi de Rosergio*, Tholosani Archiepiscopi, liber de statu, auctoritate & potestate sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & de eorum collegio.

2.° Ejusdem liber dictus: Accensus veri luminis Francorum, Christianissimi Regis & regni contra tenorem pragmaticæ sanctionis.

3.° Ejusdem liber dictus: Excidium schismatis.

4.° Ejusdem liber de attentato transportu personæ Dalphini, unigeniti & hæredis coronæ, Carolo VII. Francorum Regi, nuncupatus.

5.° Assummatio & aquitatio fidelitatis & obedientiæ, Caroli VII. Francorum Regi, debitè facta, & pro sua opinione tradita: per *Bernardum de Rosergio*.

6.° Ejusdem supplicatio eidem Carolo VII. facta in scriptis in civitate Bituricensi, super onere quinque solidorum super quolibet dolio, seu pipa vini noviter imposito.

7.° Liber pro ecclesiastica libertate, gloria Francorum intitulatus.

8.° *Bernardi de Rosergio* harengæ nonnullæ factæ coram domino Rege, Ludovico

Dalphino, Carolo de Andegavia, aliisque compluribus hujus regni magnatibus.

Is codex manu recentiore exaratus est.

IVM CCXLIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi de Mandagoto,* Nemausensis Archidiaconi, opusculum de electionibus Prælatorum.

2.° *Joannis Andreæ* novella in librum tertium Decretalium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXLIV.

Codex membranaceus, quo continetur *Guillelmi de Mandagoto,* Nemausensis Archidiaconi, libellus de electionibus, earumque processibus ordinandis: accedit anonymi in hunc libellum apparatus.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXLIV. *A.*

Codex chartaceus, quo continetur tractatus de electione summi Pontificis: authore anonymo.

Is codex partim decimo sexto, partim decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCXLIV. *B.*

Codex chartaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° *Onuphrii Panvini,* Veronensis, Fratris Eremitæ Augustiniani, librorum decem de Pontifici Romanis varia creatione epitome: præmittuntur 1.° *Roberti Bellarmini* epistola ad Clementem VIII. de officio primario summi Pontificis: 2.° ejusdem *Bellarmini* instructio ad Episcopum Bambergensem, Matthiæ I. Cæsaris Legatum ad Paulum V. 3.° *Benamini Antonii Lanerii,* theologiæ Doctoris, Angli, ad Robertum Bellarminum epistola, cum *Bellarmini* responso.

2.° Indice de' libri di Honofrio Panvinio, copiato da una scrittura di mano propria di esso *Panvinio.*

3.° Conclave di Paolo V. nel quale fu creato Gregorio XV. alli 9. di Febbraro 1621.

4.° Conclave di Gregorio XV. nel quale fu creato Urbano VIII. alli 6. Agosto 1623.

5.° Conclave nel quale fu creato Clemente V. che fu l'anno 1305.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCXLIV. *C.*

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continentur:

1.° Modus eligendi summi Pontificis, ab electione beati Petri usque ad tempora Joannis Papæ XXII.

2.° Constitutio Clementis Papæ VI. de modo & forma tenendis super victualibus Cardinalium in conclavi existentium.

3.° Conclave Calisti III. summi Pontificis.

4.° Conclave Pii II. summi Pontificis.

5.° Lettre de M.r *de Marillac,* Ambassadeur de France vers l'Empereur, écrite au Roy touchant le conclave de l'année 1549.

6.° Galli cujusdam narratio de factionibus conclavis cujusdam, decimo sexto sæculo habiti.

7.° Conclave Julii III. summi Pontificis.

8.° Lettre originale du Roy *Henri II.* concernant le conclave.

9.° Conclave di Marcello II. Pontefice massimo.

10.° Plan du conclave en 1559.

11.° Abbregé des propos tenus par le Cardinal Salviati, pour montrer qu'il n'avoit pas prétendu au Pontificat.

12.° Conclave fatto dopo la morte di Papa Urbano VII. nel quale fu assumto al Pontificato il Cardinale Nicolo Sfondrato, Chiamato Gregorio XIV. di *Lelio Maretti,* Senese.

13.° Copia d'una lettera del signor Dottor *Gratian,* a un suo amico, soprà le cose dell' ultima sede vacante, che fu dopo la morte d'Urbano VII.

14.° Conclave di Clemente VIII.

15.° Lettre de M.r *Rebours* pour Baronius, en 1605.

16.° Somma de' Capitoli, affermati & giurati da' Cardinali del conclave, da osservarsi da chi sara Papa.

17.° Conclave di Paolo V. Pontefice massimo.

18.° Discours sur le futur conclave, fait pendant la guerre des Princes d'Italie contre sa Sainteté.

19.° Articles proposés & accordés au conclave, avant la création du Pape Innocent X.

20.° Relation véritable de ce qui s'est passé en la création du Pape Innocent X. servant d'apologie pour le sieur de Saint-Chaumond.

21.° Harangue de M.r le Marquis *de Saint-Chaumond,* Ambassadeur du Roy de

France, faite aux Cardinaux entrans dans le conclave en 1644.

22.° Manifeste de M.r le Marquis *de Saint-Chaumond,* Ambassadeur de France à Rome.

23.° Déclaration d'*Alphonse Theodoli,* Marquis de Saint-Vito, du 16. Octobre 1644.

24.° Lettre du Roy à M.r le Marquis de Saint-Chaumond son Ambassadeur à Rome, du 11. Octobre 1644.

25.° Lettre du Marquis *de Saint-Chaumond* au Cardinal Antoine Barberin, du 25. Octobre 1644. avec la réponse dudit Cardinal.

26.° Conclave di Alessandro VII. Pontefice massimo.

27.° Relation de la création d'Alexandre VII. Pape, du 7. Avril 1655.

28.° Conclave de Clement IX.

29.° Conclave du Pape Clement X.

30.° Discours de M. le Duc d'*Estrées,* Ambassadeur de France à Rome, fait au sacré College après la mort du Pape Clement X. le 25. Juillet 1676.

IVM CCXLV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Forma procedendi in electione Episcopi Caturcensis, cum Antonius Luzech anno 1493. eligendus esset, ordinata.

2.° Processus electionis abbatialis ecclesiæ sancti Giraldi de Orilhiaco, ordinis sancti Benedicti, anno 1497.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CCXLVI.

Codex partim chartaceus, partim membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi disputatio in hanc quæstionem: utrùm Papa possit renunciare oneri & honori? scripta occasione novæ Decretalis super hoc editæ à Papa Cœlestino V.

2.° Anonymi fragmentum de possessione rerum usu consumptibilium, adversùs Joannem XXII.

3.° Fragmentum aliud de facultate audiendarum confessionum.

4.° *Joannis* Papæ XXII. Decretalis *Ad conditorem;* de paupertate Fratrum Minorum.

5.° Quæstio, an Fratres Minores possint esse actores negotiorum sæcularium; & de ecclesia sancti Ludovici Massiliensis, quam Robertus, Rex Siciliæ, ædificari faciebat anno 1326.

6.° *Francisci de Esculo,* ordinis Fratrum Minorum, responsiones ad ea quæ adversùs ipsum objecta fuerant anno 1341.

7.° *Bonægratiæ,* Itali, ordinis Fratrum Minorum, articuli probationum contra Ubertinum de Casali.

8.° Examen judiciale Francisci Veneti, socii Massilii de Maynardino de Padua & Joannis de Janduno: anno 1328.

9.° Inquisitio facta Cæsenæ anno 1310. in causa Templariorum.

10.° Inquisitio facta contra Antonium de Cardinali de Benevento, qui dicebatur ad amorem mulieris sibi conciliandum hostiam consecratam igne concremasse.

11.° Processus contra Fratrem Gerardinum de Regio, ordinis Prædicatorum, Inquisitorem hæreticæ pravitatis: anno 1308.

12.° Disquisitio super facto Fratris Laurentii de Mundaino, olim Inquisitoris hæreticæ pravitatis in Marchia Anchonitana, contra Lippacium & Andream de Auximo, germanos: tempore Benedicti XII.

13.° Acta accusationum & defensionum Fratris Petri de Palude, ordinis Prædicatorum, qui apud Joannem XXII. accusatus fuerat quòd se malè gessisset in legatione Flandrica: anno 1318.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXLVII.

Codex chartaceus, olim Faurianus. Ibi continentur legatorum facultates: præfixus index rerum eo volumine comprehensarum.

Is codex decimo sexto sæculo videtur exaratus.

IVM CCXLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Ramfredi,* Beneventani, libellus super juris canonici actionibus, de quibus nihil habetur in jure civili: præmittuntur nonnullæ *Bonifacii VIII.* constitutiones.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXLVIII. A.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Ramfredi,* Beneventani, libellus super juris canonici actionibus, de quibus nihil habetur in jure civili.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CCXLVIII. B.

IVM CCXLVIII. *B.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Ramfredi*, Beneventani, libellus super juris canonici actionibus, de quibus nihil habetur in jure civili: initium desideratur.

2.° *Petri de Samsona* apparatus super Decretales.

3.° Epilogus libri Decretorum.

4.° *Bartholomæi Brixiensis* quæstiones Dominicales & veneriales.

5.° Glossæ in Decretum Gratiani: authore anonymo; multa sub finem desiderantur.

6.° *Matthæi de Libris*, Notarii Bononiensis, ars dictatoria.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CCXLIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur:

1.° *Bonaguidæ*, Aretini, summa introductoria super officium advocationis in foro Ecclesiæ.

2.° Usaticum Barcinonense, sive consuetudines Barcinonenses; accedunt glossæ.

3.° Anonymi summa de libellis formandis super qualibet actione.

4.° Anonymi summa de exceptionibus formandis in omnibus causis.

5.° Anonymi tractatus de Legitima, secundùm legem Gothorum.

6.° *Joannis*, Hispani, summa de formandis sententiis universis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXLIX. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Bonaguidæ*, Aretini, summa super officio advocationis in foro Ecclesiæ: præmittuntur litteræ *Eduardi*, Regis Anglorum, ad Clementem VI. anno 1343. ad calcem verò subjiciuntur *Petri*, Trachiniensis Episcopi, litteræ duæ synodales adversùs bonorum ecclesiasticorum raptores.

2.° *Dyni Mugellani* apparatus de regulis juris, in Sexto.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CCL.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur liber judicum, seu de ordine judiciorum: authore Magistro *Joanne de Deo*, Sacerdote Hispano.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CCLI.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Magistri *Tancredi*, Doctoris juris canonici, summa de ordine judiciorum.

2.° Fratris *Raimundi* summa de matrimonio.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLII.

Codex membranaceus, quo continentur:

1.° Liber ordinis judiciarii, primùm quidem à Magistro Tancredo editus, posteà verò à *Bartholomæo Brixiensi* reformatus.

2.° *Pilei de Modoecia* summa de ordine judiciorum: finis desideratur.

3.° Fragmenta glossarum in aliquot primi libri Decretalium capitula.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CCLIII.

Codex chartaceus, quo continetur compendiosa utriusque juris summa: authore *Tancredo de Corneto*, juris utriusque Doctore.

Is codex decimo quinto sæculo videtur exaratus.

IVM CCLIV.

Codex membranaceus, quo continetur *Guillelmi Duranti*, Mimatensis Episcopi, speculum judiciale quatuor libris distinctum: præmittuntur 1.° nonnulla ad juris intelligentiam: 2.° libellus in quo tota vis Decretorum continetur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLV.

Codex membranaceus, quo continetur *Guillelmi Duranti*, Episcopi Mimatensis, speculum judiciale quatuor libris distinctum: sub quarti finem nonnulla desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLVI.

Codex membranaceus, quo continetur *Guillelmi Duranti* speculum judiciale.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi Duranti* speculum judiciale.

2.° Ejusdem repertorium.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IVM CCLVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Guillelmi Durandi* speculum judiciale.

2.° Ejusdem repertorium.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IVM CCLIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Guillelmi Durandi* speculum judiciale.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLX.

Codex chartaceus, quo continentur *Joannis Andreæ*, Bononiensis, additiones ad speculum judiciale Guillelmi Durandi.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IVM CCLXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur summa directoria in foro conscientiæ & judiciali, libris quatuor absoluta: authore *Petro Quesnello*, ordinis Fratrum Minorum, sacræ theologiæ Magistro; ad calcem subjectus capitum index.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Petri Quesnelli*, sacræ theologiæ Magistri, summa quæ vocatur directoria in foro conscientiæ & judiciali: pars maxima desideratur.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXIII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur processus causæ appellatæ pro dignitate episcopali Tutelensi, agitatus inter Ludovicum de Albuconio, Priorem de Mortanha, & Guichardum de Combornio, Abbatem Usercensem, electos in discordia à capitulo ecclesiæ Tutelensis, anno 1454.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXIV.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur libri tres, quibus inquiritur in privilegia & immunitates Cluniacensis ordinis: authore anonymo.

Is codex sæculo decimo septimo exaratus videtur.

IVM CCLXV.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Domini *Marandi* ad titulum Decretalium, *De jure patronatûs,* commentarii.

2.° Ejusdem ad titulum, *De præbendis,* commentarius.

3.° Anonymi ad titulum, *De concessione præbendarum,* commentarius.

4.° Anonymus ad titulum, *Ne, sede vacante, aliquid innovetur.*

5.° Anonymus ad titulum, *De præbendis & dignitatibus.*

6.° Concordantiæ juris civilis & pontificii: authore *R. Thele.*

7.° Anonymi ad titulum Digestorum, *De eo quod certo loco,* commentarius.

8.° D. *Pessoli* ad L. *Imperatores.* ff. *De re judic.* commentarius.

9.° D. *Rosselli,* Tholosani Professoris, ad L. *Si usufructuarius messem fecit.* ff. *quibus modis ususfructus vel usus amittatur,* commentarius.

10.° D. *Costani,* ad L. *Lecta.* ff. *de rebus cred. si cert. pet.* commentarius.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXVI.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur liber cujus titulus: Figurale cognationum opusculum, quo facilè perpendi potest in quoto cognationis gradu unusquisque existit; & tandem, an prohibitus necne sit cum hac, vel illa suæ cognationis persona matrimonium, sive nuptias celebrare: authore *Carolo de Gonda,* qui hoc suum opus reverendissimo in Christo Patri Matthæo Galtero, Majorismonasterii Abbati, & sacrarum litterarum Professori nuncupavit.

Is codex sæculo decimo sexto exaratus videtur.

IVM CCLXVI. *A.*

Codex chartaceus, olim Memmianus. Ibi continentur miscellaneæ quæstiones pertinentes ad jus canonicum, præcipuè verò ad causas matrimoniales: ad calcem subjicitur index.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXVI. B.

Codex chartaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continetur interpretatio nonnullarum particularum processus, producta anno 1567. in causa Franciscæ de Rohan actricis in materia matrimonii consummati, contra DD. Jacobum de Sabaudia, Ducem Nemosensem, reum: authore *Stephano Chambono,* Clerico Vivariensis diœcesis.

Is codex decimo sexto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXVI. C.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur consultatio data à quodam Theologo, Jurisconsulto, in causa matrimonii quod Dux Barrensis contraxit cum Catharina, Henrici IV. Francorum Regis sorore, hæretica & Ducis Barrensis consanguinea: præmittuntur tres epistolæ, Gallico idiomate scriptæ; prima à Duce Barrensi ad Clementem Papam VIII. ad obtinendam dispensationem, data 20. Februarii anno 1602. secunda à Catharina ad Henricum fratrem, ut ipse velit apud Papam pro dispensatione agere, data 28. Novembris, anno 1602. tertia ab eadem Catharina ad summum Pontificem pro eadem dispensatione: tandem subjiciuntur, instar præjudicii, litteræ Gregorii Papæ XIII. datæ priùs ad Carolum, tituli S. Praxedis Cardinalem, ad dispensandum in causa simillima.

Is codex anno 1671. exaratus est.

IVM CCLXVI. D.

Codex chartaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur processus judiciarius in causa matrimonii Caroli Lotharingiæ ac Barri Ducis, & Nicoleæ Lotharingiæ ac Barri Ducissæ, & posteà Beatricis de Cusanea.

Is codex decimo septimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Valentini Genesii,* Jurisconsulti, tractatus de clandestinis sponsalibus & matrimoniis; unà cum subscriptionibus autographis Facultatis Decretorum in Academia Parisiensi, & sigillo ejusdem Facultatis.

Is codex anno 1564. exaratus est.

IVM CCLXVIII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Valentini Genesii* tractatus de clandestinis sponsalibus & matrimoniis; unà cum subscriptionibus autographis & sigillis Doctorum Facultatis Patavinæ.

Is codex anno 1564. exaratus est.

IVM CCLXVIII. A.

Codex chartaceus, olim D. de Cangé. Ibi continentur:

1.° Matrimonii valor à Francorum oppugnationibus vindicatus, in causa Ducis Aurelianensis & Margaritæ à Lotharingia: authore *Francisco Salerno,* Siculo, Doctore Theologo & Jurisconsulto, Canonico Panormitano ac Protonotario Apostolico.

2.° Respuesta a la resolucion de la Junta de los Ecclesiasticos de Francia, en razon de los matrimonios de los Principes de la sangre, sin el consentimento del Rey: autor Don *Geronymo de Camargo.*

3.° Discorso sopra la validita del matrimonio del signor Duca d'Orliens.

4.° Responsio Theologorum; utrùm istud matrimonium inter Ducem Aurelianensem & Margaritam à Lotharingia sit validum.

5.° Exercitatio canonica de validitate matrimonii Joannis Gastonii, Ducis Aurelianensis, Ludovici XIII. Regis Franciæ fratris unici.

6.° Tractatus de nullitate matrimonii Gastonis, Ducis Aurelianensis, cum Margarita à Lotharingia.

7.° Duæ quæstiones: prima, utrùm Reges possint apponere impedimenta matrimoniis: secunda, utrùm Princeps, oriundus è sanguine regio, possit validè matrimonium contrahere absque Regis consensu.

8.° Quæstio theologica; an serenissimi Principis Ducis Aurelianensis, unici fratris Ludovici XIII. Regis Christianissimi, cum Margarita à Lotharingia matrimonium præsumptum, irritum sit, an legitimum.

9.° Réponse des Notables à l'assemblée de Saint-Germain-en-Laye, l'an 1583.

10.° Dispense de la publication des bans pour le mariage de Monsieur le Duc d'Orléans.

11.° Déclarations authentiques de la bonté & valeur du mariage de Monsieur le Duc d'Orléans, selon la résolution des Docteurs en théologie & en droit de l'Université de Paris.

12.° Deux propositions faites par Monseigneur le Duc d'Orléans à Messieurs les Docteurs & Professeurs en théologie & en droit civil & canon dans l'Université de Louvain, sur la validité de son mariage.

13.° Trois argumens pour conclure la

nullité des mariages des Princes du sang, faits sans le consentement du Roy : par le sieur *de Marca*.

14.° Réponse à deux objections qui pourroient être faites contre l'observation sur le canon VI. du concile de Compiegne.

15.° Examen des moyens de nullité du mariage de Monsieur, frere unique du Roy : par le sieur Président *de Marca*.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCLXVIII. B.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur exercitatio canonica de validitate vel nullitate matrimonii serenissimi Principis Joannis Gastonis, Ducis Aurelianensis, Ludovici XIII. Franciæ & Navarræ Regis Christianissimi fratris unici, cum Margarita Principe à Lotharingia, Francisci Ducis Vaudemontani filia, & Caroli III. Lotharingiæ Ducis sorore : authore *Michaële Rabardeau*, societatis Jesu Theologo.

Is codex decimo septimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCLXIX.

Codex chartaceus, quo continentur Inquisitionis Carcassonensis acta contra Albigenses annis 1308. & 1309. initium, finis & alia passim folia desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXX.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continetur processus contra Fratrem Bernardum Delitiosi, ordinis Fratrum Minorum, accusatum de nece Benedicti XI. Papæ; item de rebellione adversùs Regem Francorum & Inquisitores hæreticæ pravitatis in Gallia Narbonensi; anno 1319.

Is codex ex alio antiquiori, sæculo decimo septimò descriptus videtur.

IVM CCLXXI.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur processus de hæresi contra Franciscum de Ordelaffis, anno 1346. instructi.

Is codex anno 1348. exaratus est.

IVM CCLXXII.

Codex chartaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur :

1.° *Florentii de Vannyngen*, juris Doctoris, consultatio super facto rebaptizantium & rebaptizatorum, sexdecim quæstionibus absoluta & authoris ipsius subscriptione & sigillo munita.

2.° Ejusdem consultatio alia, Germanicè scripta.

Is codex anno 1528. exaratus est.

IVM CCLXXIII.

Codex membranaceus, olim sancti Martialis Lemovicensis. Ibi continetur Magistri *Bartholomæi Brixiensis* summa quæstionum Dominicalium & venerialium : præmittitur fragmentum de actionibus juris civilis; ad calcem verò subjiciuntur anonymi lecturæ in primum, secundum & tertium librum Decretalium, sed ordine librorum immutato.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Bartholomæi Brixiensis* summa quæstionum Dominicalium & venerialium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur *Bartholomæi Brixiensis* summa quæstionum Dominicalium & venerialium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXVI.

Codex membranaceus, olim DD. de Bethune. Ibi continentur :

1.° Differentiæ juris canonici & civilis : authore *Baldo de Bononia*, Decretorum Doctore.

2.° Abbreviatio Decreti, in qua sub planis & brevibus verbis continetur tota vis Decretorum & eorum intentio : authore anonymo.

3.° Anonymi carmen de eodem argumento.

4.° Abbreviatio Decreti secundùm ordinem distinctionum & causarum digesta : authore anonymo.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXVII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Friderici de Senis*, Decretorum Doctoris, consilia, & quæstiones in variis Academiis, ut plurimùm verò in Perusina, disputatæ : præfixus index.

Is codex decimo quinto sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXVII. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Arnaldi*, Clerici Augustensis, juris canonici Professoris, arengæ judiciales & extrajudiciales, coram summo Pontifice, Cardinalibus, Episcopis & aliis quibuscumque Judicibus ecclesiasticis recitandæ: præmittitur præfatio ad Conradum, Burgensem Archiepiscopum.

Is codex anno 1311. exaratus est.

JUS CANONICUM. in-4.°

JUS CANONICUM VETUS.

IVM CCLXXVIII.

Codex membranaceus, primùm Claudii Fauchet, posteà Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Collectio canonum ecclesiasticorum & epistolarum Decretalium: authore *Dionysio Exiguo*; præmittuntur *Adriani*, Papæ, versus in laudem Caroli Magni, Imperatoris, & index codicis Dionysiani.

2.° Variæ benedictiones.

3.° Capitularium fragmenta.

4.° Ordo celebrandi Concilii, è Toletano concilio excerptus.

5.° Ordo Romanus de celebrando Concilio.

6.° Capitula de generalibus Conciliis.

7.° Excerpta varia ex antiquis Conciliis.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Canonum ecclesiasticorum codex à *Dionysio Exiguo* collectus: in hoc autem Dionysii codice plura folia loco suo mota sunt.

2.° Gesta in causa Liberii, Papæ.

3.° Gesta in causa Sixti, Papæ, Valentiniani temporibus.

4.° Sixti synodus adversùs Polychronium, Episcopum Hierosolymitanum.

5.° Gesta in causa Marcellini, Papæ.

6.° Epistola *Siricii*, Papæ.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXX.

Codex membranceus, olim Colbertinus. Ibi continentur excerpta ex collectione canonum Isidori, Hispalensis: inserta sunt nomina Episcoporum Bituricensium, Remensium, Metensium, Treverensium & Leodiensium; præmittitur verò rerum index locupletissimus.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCLXXX. *A.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Crisconii*, Afri, concordia canonum: præmittuntur 1.° ratio totius orbis vel provinciarum ex Orosio descripta; 2.° ordo de celebrando Concilio; 3.° *Cyrilli*, Episcopi Alexandrini, epistola synodica ad Nestorium; 4.° alia ad eundem Nestorium epistola; 5.° *Leonis*, Papæ, epistolæ duæ ad Flavianum, Episcopum Constantinopolitanum.

2.° *Nicolai I.* epistola ad Carolum Calvum, Regem Francorum, de ordinatione Egilonis, Archiepiscopi Senonensis.

3.° Ejusdem epistola ad Egilonem.

4.° Sententia sancti *Isidori* de consanguinitate.

5.° *Leonis*, Papæ, epistolæ tres ad Pulcheriam, Augustam.

6.° *Leonis* aliæ epistolæ.

7.° Epistola Clericorum ecclesiæ Senonensis ad Episcopos provinciæ, de electione Ansegisi, Archiepiscopi.

8.° Epistola *Gregorii*, Papæ, ad Maximum, Episcopum Salonitanum, de susceptione Pallii.

9.° Capitula deflorata ex Decretalibus sanctorum Patrum, de pervasione ecclesiasticarum rerum & debilitatione Ministrorum Dei.

10.° Canones *Sylvestri*, Papæ.

11.° Gesta de nomine Liberii, Papæ.

12.° Gesta purgationis Sixti, Papæ.

13.° Narratio de lapsu Marcellini, Papæ.

14.° Capitulare Aquisgranense anni 816.

15.° Capitulare primum anni 819.

16.° Capitulare *Riculfi*, Episcopi Suessionensis.

17.° *Herivæi*, Remorum Archiepiscopi, epistola ad Wittonem, Coarchiepiscopum, de pœnitentia quæ debet injungi non baptizatis Gentilibus, & baptizatis & rebaptizatis, & posteà more paganico Ecclesias devastantibus, & christianitatem delentibus.

18.° *Joannis*, Papæ IX. rescriptum ad consulta Herivæi, Remorum Archiepiscopi, de eadem causa.

19.° Capitula Nicænæ synodo falsò tributa.

Is codex decimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCLXXX. *B.*

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Collectio juris veteris canonici juxta rerum ordinem distributa & ex canonibus Conciliorum & summorum Pontificum epistolis Decretalibus concinnata: præmittitur notitia provinciarum & civitatum Imperii Romani.

2.° Epistola formata, data anno 867.

3.° Capitulatio de nominibus regionum; sive notitia provinciarum Imperii Romani.

4.° Epistola Gregorii ad Anatolium, Diaconum Constantinopolitanum.

5.° Fragmentum Decreti cujusdam Papæ, de pace.

6.° *Felicis,* Papæ, epistola ad Episcopos Ægypti.

Is codex decimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCLXXXI.

Codex membranaceus, olim S. Martialis Lemovicensis. Ibi continentur:

1.° Collectio canonum, Decretalium summorum Pontificum, & sententiarum orthodoxorum Patrum, juxta rerum ordinem digesta & in septuaginta sex capitula distributa: authore anonymo.

2.° Ordo quomodò agatur Concilium ab Episcopis.

3.° Canon Evangeliorum.

4.° Anonymi tractatus de Deo uno & trino, de Angelis, de Prophetis & de Apostolis.

5.° Fragmentum de gradibus affinitatis, sive potiùs consanguinitatis.

6.° Anonymi tractatus de astronomia.

7.° Explicatio locorum Novi Testamenti, ubi de Jesu Christo.

8.° *Gennadii,* Massiliensis, definitiones dogmatum ecclesiasticorum.

9.° Expositio missæ: authore anonymo.

10.° *Isidori,* Hispalensis, de officiis ecclesiasticis fragmentum.

Is codex nono sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXXI. *A.*

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continetur collectio canonum, Decretalium summorum Pontificum, & sententiarum orthodoxorum Patrum, juxta rerum ordinem distributa.

Is codex duodecimo sæculo videtur exaratus.

IVM CCLXXXI. *B.*

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continetur collectio canonum, Decretalium summorum Pontificum, & sententiarum orthodoxorum Patrum, juxta rerum ordinem distributa.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXXII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° Excerpta ex Decretis Romanorum Pontificum à Clemente ad Urbanum.

2.° Collectio canonum ecclesiasticorum, quæ videtur esse *Isidori,* Hispalensis.

3.° Collectio juris canonici, juxta rerum ordinem distributa, & ex sententiis orthodoxorum Patrum, legibus Catholicorum Regum, synodicisque Decretis Gallicanorum aut Germanorum Pontificum concinnata.

Is codex duodecimo sæculo exaratus videtur.

IVM CCLXXXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Burchardi* Decretum: illius tantùm initium superest.

2.° Collectio canonum, in sexdecim libros distributa.

3.° Decreta *Calixti II.* in concilio Remensi: finis desideratur.

Is codex sæculo decimo tertio exaratus videtur.

IVM CCLXXXIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° *Ivonis,* Episcopi Carnotensis, pannormia.

2.° Excerptum de Priscillianistis ex epistola Vigilii, Papæ, ad Profuturum, Episcopum Bracarensem.

3.° Collectio juris canonici, juxta rerum ordinem distributa, & ex canonibus Conciliorum, summorum Pontificum Decretalibus, & sanctorum Patrum sententiis concinnata.

Is codex decimo tertio sæculo videtur exaratus.

IVM CCLXXXV.

Codex membranaceus, olim Philiberti de la Mare. Ibi continetur *Ivonis,* Carnotensis Episcopi, pannormia.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IVM CCLXXXVI.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur:

1.° Anonymi summa Decretorum; sive potiùs pannormia *Yvonis*, Carnotensis, in epitomen contracta.

2.° Locorum quorumdam Scripturæ sacræ difficiliorum explicatio.

3.° *Alexandri III.* Decretum de vitanda in electione Pontificis discordia.

4.° Sententiæ dicendæ super illos qui ordinandi sunt.

5.° Orationes è sanctorum Ambrosii & Augustini operibus concinnatæ.

6.° Commentarius in epistolam Pauli ad Romanos: authore anonymo; finis desideratur.

7.° *Daretis*, Phrygii, historia de bello Trojano, quæ à *Cornelio Nepote* in Latinum sermonem conversa dicitur.

8.° Anonymus de septem orbis miraculis.

9.° Proverbia centum.

10.° *Seneca* de remediis fortuitorum.

11.° Poëmatis de excidio Trojano initium.

Is codex decimo tertio sæculo exaratus videtur.

IV M CCLXXXVII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Canonum pœnitentialium libri tres: authoris nomen ignoratur.

2.° Statuta synodi Remensis, sub Hincmaro habitæ anno 852.

3.° Capitula *Guilleberti*, Episcopi: nonnulla desiderantur.

Is codex decimo sæculo exaratus videtur.

JUS CANONICUM RECENTIUS.

IV M CCLXXXVIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Summa juris canonici, sive epitome Decreti Gratiani: authore *Sycardo*, Cremonensi.

2.° Sancti *Bernardi*, Abbatis Claræval-lensis, meditationes.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IV M CCLXXXIX.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur:

1.° *Sycardi*, Præsulis Cremonensis, summa juris canonici.

2.° Sancti *Bernardi* epistola ad Raymundum Castri sancti Ambrosii, de modo rei familiaris utiliùs gubernandæ.

3.° *Lotharii*, Diaconi, posteà *Innocentii* Papæ III. de miseria conditionis humanæ libri tres.

Is codex non unius librarii manu sæculo, ut videtur, decimo quarto exaratus est.

IV M CCXC.

Codex membranaceus, olim DD. de Noailles, Franciæ Marescalli. Ibi continentur:

1.° Flores Decretorum: authore *Joanne Daycon*, Hispano.

2.° Memoriale Decreti: authore *Laurentio de Polonia*, Scholastico ecclesiæ Wratislaviensis.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXCI.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° Institutio compendiosa Decretorum: authore anonymo.

2.° Analysis Decreti Gratiani versibus descripta.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IV M CCXCII.

Codex chartaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur *Honorii III.* Papæ, epistolæ, annis primo & secundo pontificatus datæ.

Is codex ex alio vetustiore sæculo decimo septimo exaratus est.

IV M CCXCIII.

Codex membranaceus, olim Baluzianus. Ibi continentur:

1.° *Honorii III.* Papæ, bulla, qua regula Fratrum Minorum confirmatur.

2.° Testamentum sancti Francisci.

3.° Sex documenta à beato *Bonaventura*, Doctore Seraphico, edita.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IV M CCXCIV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Gregorii IX.* Decretalium libri quinque.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IV M CCXCV.

Codex membranaceus, olim Tellerianus. Ibi continentur Decretalium libri quinque: ad calcem subjiciuntur constitutiones & Decreta *Innocentii IV.* super causa coram ipso agitata inter Remensem Archiepiscopum ipsiusque Suffraganeos.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXCV. A.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur:

1.° Decretalium libri septem.

2.° Provinciale Romanæ Ecclesiæ: ad calcem subjiciuntur festa in curia Romana colenda de mandato Joannis Papæ XXII.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CCXCVI.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur Magistri *Galfredi de Trano,* Ecclesiæ Romanæ Subdiaconi, libri quinque super titulis Decretalium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXCVII.

Codex membranaceus, olim Faurianus. Ibi continentur *Goffridi de Trano* libri quinque super titulis Decretalium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXCVIII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continetur *Goffridi de Trano* summa super titulis Decretalium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCXCIX.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur:

1.° *Gofridi de Trano* libri quinque super titulis Decretalium.

2.° Officium de festo B. Mariæ Virginis.

3.° Acta de facto & usu curiæ Romanæ, secundùm processum ordinis judiciarii.

4.° *Philippi,* Francorum Regis, donatio nemoris Fratribus de S. Cruce, anno 1305. facta.

5.° *Guillermi,* Ambianensis Episcopi, mandatum Decanis & Presbyteris anno 1300. datum, ut scholis publicis diligentiùs invigilarent.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCC.

Codex membranaceus, olim Ludovici de Targny. Ibi continetur Magistri *Goffridi de Trano* summa super titulis Decretalium.

Is codex sæculo decimo quarto exaratus videtur.

IVM CCCI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur glossa in libros quinque Decretalium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCCII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur glossa in quinque libros Decretalium; ad calcem subjiciuntur brocardica juris canonici: authore *Bartholomæo Brixiensi.*

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCCIII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:

1.° *Bernardi,* Presbyteri Compostellani, casus & notabilia Decretalium.

2.° *Bartholomæi Brixiensis* brocarda juris canonici: non pauca sub finem desiderantur.

Is codex decimo quarto sæculo videtur exaratus.

IVM CCCIV.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Tractatus cujus titulus est: Casus summarii *Joannis Andreæ* & aliorum super Decretalibus.

2.° Ejusdem casus summarii super libro sexto & septimo Decretalium.

3.° Rubricæ juris civilis: authore anonymo.

Is codex sæculo decimo quinto exaratus videtur.

IVM CCCV.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur anonymi commentarius in varios titulos Decretalium.

Is codex decimo quarto sæculo exaratus videtur.

IVM CCCVI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:

1.° Anonymi commentarius in nonnulla capitula Decretalium.

2.° Tractatus cujus titulus est: Summa Innocentii abbreviata, sive apparatus Innocentii IV. Papæ ad Decretales, à *Guidone de Collemedio,* Thesaurario Morinensi, in epitomen contractus.

3.° Brocardica juris canonici: authore *Bartholomæo Brixiensi.*

4.° Anonymi

4.° Anonymi ſermones nonnulli.
Is codex ſæculo decimo quarto exaratus videtur.

ɪᴠM CCCVII.

Codex chartaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur *Alziarii Capucii*, Canonici Arelatenſis, reportationes in Decretales.
Is codex decimo quinto ſæculo exaratus videtur.

ɪᴠM CCCVIII.

Codex membranaceus, olim Mazarinæus. Ibi continentur Decretalium capita notabilia, ab anonymo collecta.
Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

ɪᴠM CCCIX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur Fratris *Monaldi*, ordinis Minorum, ſumma juris canonici ordine alphabetico diſpoſita.
Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

ɪᴠM CCCX.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continetur margarita Martiniana; ſive index rerum memorabilium Decreti & Decretalium, à Fratre *Martino*, domini Papæ Pœnitentiario & Capellano, ordinis Fratrum Prædicatorum, concinnatus.
Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

ɪᴠM CCCXI.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur ſummorum Pontificum Urbani IV. Gregorii X. Nicolai III. & Martini IV. epiſtolæ notabiles; à Magiſtro *Berardo de Neapoli*, illorum Notario, compoſitæ: præmittitur canonizatio S. Ricardi, quondam Epiſcopi Ciceſtrenſis in Anglia.
Is codex decimo quarto ſæculo exaratus videtur.

ɪᴠM CCCXII.

Codex membranaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur *Benedicti* Papæ XII. conſtitutiones, ſeu ordinationes ſuper reformatione ordinis Monachorum nigrorum.
Is codex decimo quinto ſæculo deſcriptus eſt ex collato ad autographum exemplari.

ɪᴠM CCCXIII.

Codex membranaceus, olim Colbertinus. Ibi continentur:
1.° Compilatio Decretalium tangentium ſtatum Monachorum nigrorum.
2.° Statuta & ordinationes *Benedicti XII.* ſuper reformatione Monachorum nigrorum.
3.° Magiſtri *Bartholomæi Brixienſis* quæſtiones Dominicales & veneriales.
Is codex partim decimo quinto, partim decimo quarto ſæculo videtur exaratus.

ɪᴠM CCCXIV.

Codex chartaceus, olim Bigotianus. Ibi continentur:
1.° *Pii II.* Papæ ad Oratores Caroli, Francorum Regis, oratio reſponſoria de regno Siciliæ, in Conventu Mantuano habita.
2.° Ejuſdem Papæ retractatio eorum omnium quæ adhuc in minoribus agens, pro concilio Baſileenſi & contra Eugenium Papam ſcripſerat.
3.° Ejuſdem ad Carolum, Francorum Regem, epiſtolæ duæ de proviſione Tornacenſis eccleſiæ.
4.° Ejuſdem ad Ludovicum, Franciæ Regem, epiſtolæ duæ: ſequitur *Ludovici* reſponſum.
5.° Ejuſdem epiſtola ad Epiſcopum Atrebatenſem, apoſtolicæ ſedis Legatum.
6.° Ejuſdem ad Philippum, Burgundiæ Ducem, epiſtola de bello Turcis inferendo.
7.° Ejuſdem ad omnes Chriſti fideles epiſtola de eodem argumento: ſequitur Turcarum brevis reſponſio.
8.° Ejuſdem ad Carolum VII. epiſtola, ut Conventui Mantuano interſit: ſequitur Regis reſponſum.
9.° Ejuſdem oratio in Conventu Mantuano habita de bello Turcis inferendo.
10.° Ejuſdem oratio admonitoria de bello gerendo in Chriſti nomine contra Turchum & Infideles.
11.° Ejuſdem ad Sigiſmundum epiſtola de litterarum utilitate.
12.° Ejuſdem epiſtola ad Guillermum de Lapide, Militem litteratum & ſtrenuum.
13.° Ejuſdem oratio coram Eugenio IV. habita pro fideli Alamanorum obedientia, reconciliationeque ſchiſmatis, ac celebrando Concilio.
14.° Ejuſdem ad Franciſcum de Fuſte, Theologum & Oratorem, epiſtola.
15.° Ejuſdem epiſtola ad Procopium de Rabenſtein, Militem litteratum; ſeu ſomnium de fortuna.
16.° Ejuſdem epiſtola ad genitorem ſuum.
17.° *Antonii Panormitæ* ad Alviſium Crocum epiſtola de Lanzoloti nuptiis.

18.° *Poggii*, Florentini, ad Cosmam de Medicis epistola de vitæ rusticæ deliciis.

